



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Ga  
113  
210


Harvard College,  
1866.


5-101

726

Ga 113.210.







De  
Aristotelis dicendi ratione.

Pars prima.

Observationes de particularum usu.

---

Dissertatio inauguralis

quam

auctoritate atque consensu

amplissimi philosophorum ordinis

Academiae

**Georgiae Augustae**

ad summos in philosophia honores capessendos

scripsit

Rudolf  
Rudolfus Bucken  
Frisius.

---

Göttingae.

Typis expressit officina Hoferiana.

1866.

Ga 113, 210

1873, Jan. 23.  
Subscription Fund.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

**HERMANNO SAUPPE**

PRAECEPTORI SUMME VENERABILI FAUTORI  
BENEVOLENTISSIMO,

**GUSTAVO TEICHMUELLER**

PRAECEPTORI CARISSIMO DE ARISTOTELE RECTIUS  
INTELLIGENDO OPTIME MERITO,

**GUiliELMO GITTERMANN**

TUTORI DILECTISSIMO LITERARUM HUMANARUM  
STUDIOSISSIMO

HASCE STUDIORUM MEORUM PRIMITIAS

PIO GRATIQUE ANIMO

D. D. D.



Omnibus qui in literis tractandis aliquid proficere velint, ita videtur res instituenda esse, ut cum primum singulas res accurate pertractaverint, hoc quasi fundamento constituto eas leges atque rationes quae in universum valeant cognoscere studeant. Id quod maxime de iis valet qui de sermone atque dicendi ratione scriptoris cujusdam agere velint, neque enim exiguum periculum est, ne singulis rebus neglectis vana atque inania contendant. Itaque cum de Aristotelis dicendi usu agere mihi proposuerim, ante omnia de singulis particulis quomodo adhibeantur videtur dicendum esse. Talem autem inquisitionem apud Aristotelem praecipue maximi momenti esse ab omnibus conceditur, ut et ipsius verba melius intelligamus atque textum nobis traditum emendemus et totum dicendi usum qualis fuerit illo tempore coguoscamus. Praeterea ubique dubitatur, utrum singuli libri ab Aristotele ipso profecti sint necne, ad rem dijudicandam magnae utilitati est videre, num eorum librorum dicendi ratio ad illum quadret; quod autem ad ea scripta attinet, quae Aristoteli supposita esse constat, ex talibus rebus effici potest, propiusne accedant ad philosophi et dicendi rationem et tempus an longius distent. Addo ex dicendi ratione accuratius tractanda haud raro apparere et tota ipsius Aristotelis scripta inter se et singulos libros ejusdem scripti miro modo dissentire; quae res multum prodesse potest ad judicium, quo ordine Aristoteles libros scripsérunt, constituendum, In omnibus vero talibus rebus summa cautione opus esse elucet, ita ut nihil profici posse putemus, nisi hoc tenemus quod praecepitur in Physiognomicis 806. b. 37—807. a. 3: ὅλως δὲ τὸ ἐν μὲν πιστεύειν τὸν σημείον εὑηδεῖς ὅταν δὲ πλείω συμφωνήσαται καὶ οὐκέτι λάβῃ, μᾶλλον ἥδη κατὰ τὸ εἰκός ἀν τις

νπολαμβάνοι ἀληθῆ εἰναι τὰ σημεῖα. De iis autem quae magis in universum spectent non tam accurātius dicere quam monere hujus est dissertationis, qua in hanc maxime rem inquirere mihi proposui, quomodo singulis particulis Aristoteles usus sit, quantum vero etiam tales res quae putantur minutissimae esse ad scriptorem melius intelligendum prodesse possint, optime Bonitzius demonstravit (observationes criticae in Aristotelis libros metaphysicos pag. 6—8).\*) Sed quo major fructus ex Aristotelis dicendi ratione accuratius tractanda percipi potest, eo magis dolendum est neminem fere de ea re disputasse. Cum enim et Aristotelis philosophia explicanda et singulis scriptis edendis haud pauci viri egregii, maxime Brandisius, Bekkerus, Tredenburgus, Spengelius, Bonitzius, optime meruerint, tamen de dicendi ratione in universum quidem nemo quidquam disputavit praeter Bonitzium, qui in praeclara illa commentatione „Aristotelische Studien II. u. III.“ maxime de enuntiatorum ratione (quod quidem difficillimum et gravissimum est) dixit, de singulis particulis pauca attulit. Quae cum ita sint id quod ego suscepit fore spero ut hominibus doctis non prorsus supervacaneam videatur.

Legi autem, ut Aristotelis dicendi rationem cognoscerem, ex ipsius scriptis Metaphysica, Physica, libros de anima, Ethica Nicomachea, Politica, Rhetorica, Poetica; ex iis, quae videntur supposita esse, Ethica Eudemia, Magna Moralia, librum de virtutib[us] et vitiis, Oeconomica, Rhetorica ad Alexandrum, librum de Xenophane, Zenone, Gorgia (ut vulgo inscribitur), Physiognomica; praeterea ex Theophrasti libris historiam plantarum et Characteres, ut intelligerem, quo modo Aristotelis ipsius dicendi ratio ab ejus discipulis differat. In particulis tractandis ita agam ut maxime usum Aristotelis in universum explanare studeam, de singulis locis explicandis vel emendandis breviter dicam, quia ex

---

\*) cf. Bernhardy: paralipomena syntaxis Graecae I, 14.: „Parati sunt et in promptu positi scriptores nobilissimi, quorum elocutionem nemo ne summis quidem lineis critique subtilitate digessit: velut Aristotelis opes vix ultra sparsas quasdam observationes innotuerunt.“ cf. Bonitz. Jenaische Literaturzeitung 1845. pag. 846.

iis, quae de philosophi usu attulero, perspicuum erit, rectene judicem necne. Antequam autem ad rem ipsam transeamus, si qui legent opusculum meum, ab iis petierim, ne severius de iis judicent, quas falso disputata esse iis videantur. Ab omni enim parte recte de Aristotelis dicendi ratione disserere ii tantum poterunt, qui per temporis spatium hand exiguum in ejus libris versati sint, id quod mihi ut tironi non contigit, nam ut verbis philosophi utar: νέος δὲ μπειρος οὐκ ἔστιν πλῆθος γὰρ χρόνον ποεῖ τὴν ἐμπειρίαν (Eth. Nic. 1142. a. 15, 16).

Jam ad rem transeamus et primum quidem hoc demonstrare mihi liceat, Aristotelis dicendi rationem non eandem esse in omnibus scriptis. Exemplis utar particulis  $\pi\rho\iota\nu$  et  $\mu\eta\nu$ .

## Caput I.

**Particularum  $\pi\rho\iota\nu$  et  $\mu\eta\nu$  exemplo Aristotelis dicendi rationem non eandem esse in omnibus scriptis demonstratur.**

Particula  $\pi\rho\iota\nu$  quomodo ab optimis scriptoribus Atticis adhibita sit grammatici\*) docent, quorum sententias referre longum est neque oportet, cum non de particularis in universum sed de Aristotelis usu dicere mihi proposuerim. Itaque transeamus ad philosophum ipsum.  $\Pi\rho\iota\nu$  cum indicativo bis invenitur (scil. in iis scriptis quae evolvi) Rhet. 1393. a. 33: καὶ γὰρ Δαρεῖος οὐ πρότερον διέβη πρὸν Αἰγυπτον ἐλαβεν (ita enim Bekkerus in editione minore cum optimo codice A<sup>c</sup>\*\*) rectissime scripsit, cum in majore habeat ἐλαβεν), 1393. b. 2 qui locus proxime sequitur: καὶ πάλιν Εέρξης οὐ πρότερον ἐπεχειρησε πρὸν ἐλαβεν. Quod indicativus praeterea non invenitur, noli mirari, quod

\*) Cf. Bäumlein. Untersuchungen über die griechischen Modi pag. 89—91, 287—240, 342—347. G. Hermann. de particula  $\alpha$ , opusc. IV. 103—109.

\*\*) Cf. Spengel. Abhandlungen der Bayr. Academie der Wissenschaften. Philos.-philolog. Classe VI, pag. 502—505. Vahlen. Sitzungsberichte der Kaiserl. Academie der Wissenschaften. Philos.-hist. Classe. 1861. tom. 38. pag. 92.

cum rem gestam quandam alii praecessisse indicet, videtur magis sermoni eorum qui historiam scribunt quam philosophis convenire.

Saepius Aristoteles particulam *πρίν* cum conjunctivo adhibet, si enuntiatio quae antecedit negativa est; ita autem libri distant, ut in aliis omnibus locis *ἄν*, in aliis *ἢ* particulae *πρίν* addatur. *Πρὶν* *ἄν* vulgo legitur in Ethicis Nicomach. 1156. b. 28, in libris de anima 429. b. 31, in Physicis 193. b. 1; 194. b. 19; 241. a. 9 conjunctivus supplendus est \*). In Rheticis et Poeticis *πρίν* cum conjunctivo non invenitur. Contra *πρίν* *ἢ* \*\*) in usu est in Politicis et Metaphysicis; v. Pol. 1291. a. 20: τὸ δὲ προπολεμοῦν οὐ πρότερον ἀποδίδωσι μέρος πρὶν ἢ τῆς χώρας ανέξομένης καὶ τῶν πλησίον ἀπτομένης εἰς πόλεμον καταστᾶσιν. v. 1336. b. 21: τοὺς δὲ νεωτέρους οὐτ' ιδάριον οὔτε καιρούς θεατὰς νομοθετηέον πρὶν ἢ τὴν ἡλικίαν λαίβωσιν. 1314. a. 18 verba leguntur: οὐ καταλίνεται γὰρ πρότερον τυραννίς πρὶν ἢ πιστεύσοντοι τινες αὐτοῖς, sed cum futuro post *πρίν* omnino locus non sit neque Schneideri conjectura πιστεύοντι placeat, non dubito quin πιστεύσων legendum sit. In Metaphysicis *πρίν* *ἢ* adhibetur 1040. b. 9: αὐτὸν γὰρ αὐτῶν ἐν ἐστιν, ἀλλ' οἶον σῶρος (ita Bonitzius cum aliis, Brandisius et Bekkerus ὁ ὄρρος) *πρὶν* *ἢ* πεφθῆ καὶ γένηται τι ἔξ αὐτῶν ἐν; ubi ut intelligatur quorsum *πρὶν* *ἢ* referendum sit, post verbum σῶρος interpungendum est. Apud Theophrastum *πρὶν* *ἢ* in historia plantarum quidem non invenitur; paragraphum enim I, 6. 13, ubi legitur, a Schneidero ex Athenaeo in textum receptam Wimmerus, qui optime de Theophrasto meruit, in suspicionem vocavit (v. Wimmerum ad h. l.) atque ille ipse particularum *πρὶν* *ἢ* usus, qui videtur a Theophrasto alienus esse,

\*) verbo monendum est, nonnullis locis *ἄν* in optimis codicibus non inesse, sed cum post v. *πρὶν* facilissime a librariis omitti potuerit, editoribus assentiendum esse puto, qui *ἄν* ex ceteris codicibus repererunt.

\*\*) *πρὶν* *ἢ* cum conjunctivo invenitur etiam apud Herodotum cf. Bäumlein. Untersuchungen über die griech. Modi pag. 240, Krüger. Griechische Sprachlehre II, 54. 17. 9. atque apud scriptores aetate multo posteriores, ut in novo testamento cf. Winer. Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms II, 100.

pro ejus sententia facit.  $\pi\beta\iota\nu$   $\alpha\nu$  invenitur VIII. 2. 4; VII.  
13. 7 Wimmerus  $\alpha\nu$  e conjectura addidit.

Sed revertamur ad Aristotelem. Πρὶν cum optativo non reperitur, id quod non offendit, quia in obliqua tantum oratione locum habet. Cf. Klotz, annotationes ad Matthaei Devarii librum de Graecae linguae particulis pag. 727; contra πρὶν cum infinitivo haud raro in usu est, hoc librorum discriminē ut in aliis πρὶν cum infinitivo non inveniatur nisi post sententias affirmativas vel si post negativas, modo si praecedit tempus praeteritum, cf. Bäumlein, Griechische Modi, pag. 344; cum in aliis promiscue sententias et affirmativas et negativas sequatur. Illud factum est in Politicis, Rheticis, Poeticis, Physicis, hoc in Ethicis, Metaphysicis, libris de anima; ita ut in his conjunctivus et infinitivus post πρὶν sine ullo discrimine adhibeantur. Cf. Ethic. 1156. b. 27.: ἔτι δὲ προσδεῖται χρόνον καὶ συνηθείας. πατάτην παροιμιὰν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἀλλα συναλθσαι. οὐδὲ ἀποδέξασθαι δὴ πρότερον. οὐδὲ εἴναι φίλους, πρὶν ἀν ἐκάτερος ἐκατέρῳ φαγῇ φιλητὸς καὶ πιστεῦθῇ. de anima 429. a. 24: ὁ ἄρα καλούμενος τῆς φυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν φ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει η ψυχή) οὐδέν ἔστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὅντων πρὶν νοεῖν, comparetur cum 429. b. 31: δυνάμει πῶς, ἔστι τὰ νοητὰ ὁ νοῦς ἀλλ' ἐντελεχείᾳ οὐδέν, πρὶν ἀν νοῆ. Addo in Metaphysicis duos inveniri locos, ubi ad πρὶν cum infinitivo vulgo η\*) addatur, v. 994. b, 21: οὐ γὰρ οἰόμενοι εἰδένεις πρὶν η εἰς τὰ ἀτομα ἐλθεῖν, sed cum hoc loco η omittatur a codice Vaticano et Laurentiano Ab. qui optimus est Metaphysicorum \*\*), atque Ab ελθη praebeat, dubitari potest, num verba ut nunc leguntur recte sese habeant vel si hoc conceditur, num quid ex loco libri α\*\*) ad Aristot.

<sup>\*)</sup> οὐδὲν τὸ cum infinitivo etiam apud Herodotum in usu est, cf. Madvig. Syntax der griech. Sprache §. 167 annot. Bäumlein. Griechische Modi, pag. 346, apud Demosthenem cf. Klots. annotat. ad Devarium pag. 726, apud scriptores posteriores cf. Winer. I. l. II. 100.

<sup>\*\*) Cf. Christ. Studia in Aristotelis libros metaphysicos collata, qui accuratissime de codice Ab disputavit cf. pag. 21, 22.</sup>

Num Liber  $\alpha$  ab Aristotele scriptus sit, jam antiquitus dubitatum est atque recentiores magis eo inclinaverunt ut ab Aristotele abjudicarent.

telis usum effici possit; at praeterea  $\pi\rho\iota\nu$  non adhibetur 1057. b. 25.:  $\dot{\epsilon}\kappa\ \delta\dot{\epsilon}\ \tau\omega\dot{\nu}\ \dot{\epsilon}\nu\alpha\tau\iota\omega\dot{\nu}\ \gamma\iota\gamma\nu\tau\alpha\iota\ \tau\iota\ \dot{\omega}\sigma\tau\iota\ \mu\epsilon\tau\alpha\beta\omega\dot{\nu}\ \epsilon\iota\zeta\ \tau\omega\dot{\nu}\tau\omega\dot{\nu}$  ubi omnes codices consentiunt; infinitivum autem supplendum esse appareat. 989. b. 18, 1058. a. 20, 1081. a. 34, 35 ex vulgari Atticorum dicendi usu  $\pi\rho\iota\nu$  sine  $\eta$  cum infinitivo construitur, ita ut libri Metaphysici sibi non content. Itaque Aristoteles particula  $\pi\rho\iota\nu$  in aliis scriptis aliter utitur; qua ex re quid effici possit alii videant.

Jam vertamus nos ad particulam  $\mu\dot{\eta}\nu$ , quae propter plures causas digna videtur ut accuratius tractetur: primum quod Aristoteles eam non adhibet nisi post certas quasdam particulas, quo valde differt ab optimis scriptoribus Atticis; tum quod Aristotelis ipius usus quodammodo diversus est ab eo, qui in libris subditicis invenitur, denique quia scripta vere Aristotelea ita alia ab aliis distant, ut  $\mu\dot{\eta}\nu$  in aliis saepissime inveniatur, in aliis fere nullo loco, alii medium teneant. Quod postremo loco dixi ut recte intelligatur praemitto haud paucos homines esse me non ignorare, qui despiciant in eos qui verbis et particulis enumerandis aliquid efficere conentur; sed contra illos moneo ea re, quod particulae quaedam in alio libro saepissime, in alio fere nusquam inveniantur; certissime indicari totam illorum scriptorum dicendi rationem differre; quam ob rem non supervacaneum esse puto talia quoque commemorare.

Ante omnia autem dicendum est, Aristotelem particulam  $\mu\dot{\eta}\nu$ , quam saepe  $\gamma\acute{e}$  sequitur, non adhibere nisi aut  $\alpha\lambda\lambda\alpha$  aut  $\omega$  antecedit. Ut exemplo demonstrem, quam saepe eo modo  $\mu\dot{\eta}\nu$  in nonnullis scriptis usurpetur, locos enumerabo ex Metaphysicis:  $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \mu\dot{\eta}\nu$  sine particula  $\gamma\acute{e}$ : 991. a. 12, 993. a. 19, 997. a. 11, 999. a. 21, 29. b. 27, 1002. a. 15, 1029. a. 16, 1031. b. 32, 1071. b. 12, 25, 1079. b. 15 (Bonitzius  $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \mu\dot{\eta}\nu\ o\ddot{\nu}\tau\epsilon$ , ceteri  $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \mu\dot{\eta}\nu\ o\ddot{\nu}\delta\acute{e}$ ) 1084. a. 12, 1086. b. 31, 1087. a. 36, 1091. b. 18, 27.  $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \mu\dot{\eta}\nu\gamma\acute{e}$ : 994. a. 1, 996. b. 1, 999. b. 5, 1001. a. 29, 1002. a. 4, b. 30, 1007. b. 29, 1039. a. 19, 1053. b. 29, 1055. a. 10, 1057. a. 30, b.

11, 1075. b. 30, 32, 1083. a. 36; b. 16, 1086. b. 37, 1089.  
 b. 2. ἀλλὰ μὴν καὶ: 992. b. 33, 996. b. 26, 1001. b. 19,  
 1040. a. 18, 1050 b. 6, 72. a. 34, 1073. a. 11, 1087. b.  
 12, 1089. b. 32. ἀλλὰ μὴν καὶ — γέ: 982. a. 28, 994. b.  
 28, 999. a. 1, 1038. a. 9, 1050. a. 4, 1082. a. 11. ἀλλὰ  
 μὴν οὐδέ: 991. a. 19, 992. a. 18, 994. a. 15, 19, b. 16,  
 997. b. 34, 1011. b. 23, 1012. b. 29, 1029. b. 18, 28, 1047.  
 a. 7, 1070. b. 3, 1079. b. 23, 1082. a. 26, 1083. a. 9, 20,  
 1085. b. 31, 1092. b. 25. ἀλλὰ μὴν οὐδέ-γέ: 998. b. 11,  
 1071. b. 37, 1076. b. 11, 1090. b. 27. Particula οὐ prae-  
 cedente μὴν his locis invenitur: οὐ μὴν: 985. a. 22; οὐ  
 μὴν-γέ: 985. a. 33, 988. b. 10, 13, 998. a. 8, 1030. a. 28,  
 1045. b. 36, 1086. b. 4. οὐ μὴν ἀλλά (cf. Krüger, Griechische  
 Sprachlehre I. 67, 14. 2. Bäumlein. Untersuchungen über  
 griechische Partikeln pag. 156.): 1087. a. 13, 1090. a. 19,  
 b. 11, 1091. b. 6; οὐ μὴν ἀλλά-γέ: 986. b. 17; οὐ μὴν ἀλλά  
 καὶ: 1030. b. 6.

Particula γέ post μήν ita collocatur, ut vulgo unum verbum,  
 raro duo interponantur, nullo loco γέ proxime sequatur; ubi sub-  
 stantivum cum articulo vel praepositione conjunctum particulam  
 μήν sequitur, γέ inter articulum vel praepositionem et substan-  
 tivum interponi solet \*); qui usus cum constantissimus sit,  
 nescio an Phys. 219. a. 22: ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν χρόνον γε γνω-  
 ρίζουεν cum codice Vaticano I, qui satis multis locis solus \*\*)  
 rectum praebet; γέ omittendum sit. Utique Scaligeri con-  
 jectura Eth. 1123. b. 26: οὐ μὴν πρὸς τὸν γε μεγαλό-  
 ψυχον \*\*\* ob eam ipsam causam aut rejicienda est aut ita mu-  
 tanda, ut γέ cum cod. Kb et Ob deleamus. Neque vero  
 quod de Aristotelis usu dixi ad libros pseudoaristoteleos pertinet.  
 Cf. Ethic. Eudem. 1216. b. 20: οὐ μὴν ἀλλά γε περὶ ὀρετῆς.  
 Theophrastus quoque differt ab Aristotele cf. hist. plant. VI, 5,

\*) aliter Plato, ut unum exemplum afferam v. Phaed. 74. C.: ἀλλα  
 μήν δὲ τούτων γέ ἔφη sqq.

\*\*) Bonitzius quoque v. Aristotelische Studien I., pag. 29, 34, 48.  
 locos afferit, ubi vera lectio non in codice E, sed in I et aliis inest.

\*\*\*) v. Eos I. 109. (Oncken).

1.: πολυσχιδὲς δὲ καὶ πολύρρειον οὐ μὴν κατὰ βαθοὺς γε τὰς ρίζας ἔχον.

Apud Aristotelem, ut ad eum revertar, particula μῆν fere pari numero atque in Metaphysicis ponitur in Physicis et Politicis, multo rarius in Ethicis et libris de anima. Ethic. 1175. b. 34 cur Bekkerus in editione minore: οὐ μὲν ξουκέ γε ἡ ὥδονη sqq. a majore, ubi μῆν cum omnibus codicibus habet, recesserit, non video; nisi hypothetae errore illud factum est. οὐ μῆν οὐδέ, cf. Krüger. ad Thueyd. I. 3, 4; II. 97, 5; his tantum locis inveni: Pol. 1280. b. 32, Ethic. 1173. a. 13.

Jam dicendum est de particula μῆν in Poeticis et Rhetoricis. Quod in illis semel tantum 1451. b. 19 invenitur, minus offendit propter parvum hujus libelli ambitum; sed quid dicis de Rheticis, ubi nullo alio loco μῆν in usu est nisi hoc: 1361. a. 29: τιμὴ δέστι μὲν σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης, τιμῶνται δὲ δικαῖως μὲν καὶ μάλιστα οἱ εὐεργετηκότες, οὐ μῆν ἀλλὰ τιμᾶται καὶ ὁ δυνάμενος εὐεργετεῖν. (ex Rheticis ut ex ceteris scriptis eos locos non affero, qui in sententiis aliorum ab Aristotele ad verbum expressis inveniuntur). Quantopere igitur distent Rheticica et Metaphysica apparent, sed in Rheticis particulae per multae, quae in ceteris scriptis saepissime inveniuntur, fere prorsus desunt.

Quod vero dixi μῆν modo post οὐ et ἀλλά inveniri, non de omnibus libris Aristoteles videtur valere, cum liber K Metaphysicorum et H Physicorum dissentiant. In priore enim libri K parte \*) septies γε μῆν adhibetur: 1060. a. 5: τὰ γε μῆν παρὰ τὰ καδὸν ἐκαστα γένη ἡ εἰδὴ ἐστιν. 1060. a. 17: τό γε μῆν ἵσται τοῖς αἰσθηταῖς καὶ φθαρταῖς οὐσίαις αἰδίοις ἐπέρας παρασκενάζειν ἐκτὸς τῶν εὐλόγων δόξειν ἀν πίπτειν. 1060. a. 20: αὕτη γε μῆν ἐνεργείᾳ μὲν οὐκ ἐστι, δυνάμει δέστιν. 1060. b. 3: εἰ γε μῆν τόδε τι καὶ οὐσίαν ἐκάτερον αὐτῷ δηλοῦ, πάντ' ἐστιν οὐσίαι τὰ δύτα. 1060. b. 12: εἰ γε μῆν γραμματὸς ἡ τὰ τούτων ἔχόμενα (λέγω δὲ πιφανεῖας τὰς πρώτας) θήσει τις ἀρχαῖς. 1061. b. 8: ἡ γε μῆν διαλεκτικὴ καὶ ἡ σο-

\*) de duabus libri K partibus v. Bonitz. commentarius in metaphys. pag. 15, 22, 23.

φυσική τῶν συμβεβηκότων μέν εἰσι τοῖς ονσιν, οὐχὶ δὲ δόντα.

1062. b. 33: τό γε μὴν ὁμοίως προσέχειν ταῖς δόξαις καὶ ταῖς φαντασίαις τῶν πρὸς αὐτοὺς διαμφισθητούντων εὐηθεῖς.

De qua re ita judicandum esse censeo, ut cum γε μὴν nullo alio loco apud Aristotelem inveniatur, constet autem, num liber K vere Aristoteleus \*) sit valde dubitari, illum usum argumentum esse putemus, librum K non ab Aristotele ipso scriptum esse. Idem efficiendum est ex particulie οὐδὲ μὴν modo in Metaphysicorum libro K et Physicorum H usurpatis; cf. Met. 1059. b. 12: οὐδὲ μὴν περὶ τὰ μαθηματικὰ η̄ ζητούμενη νῦν ἔστιν ἐπιστήμη, cum ante dixisset primam philosophiam non esse περὶ τὰ εἶδη. 1059. b. 16, cum antecedant verba: ὅλως δὲ ἀπορήσει τις ἀν τοίς ἔστιν ἐπιστήμης τὸ διαπορῆσαι περὶ τῆς τῶν μαθηματικῶν ἔλης περγίτ: οὔτε γάρ τῆς φυσικῆς, διὰ τὸ περὶ τὰ ἔχοντα ἐν αὐτοῖς ἀρχὴν πινγεως καὶ στάσεως τὴν τοῦ φυσικοῦ πᾶσαν εἴραι πραγματείαν, οὐδὲ μὴν τῆς σκοπούσης περὶ ἀποδείξεώς τε καὶ ἐπιστήμης; ita ut μὴν alteram disjunctionis partem urguesc, ad quam rem Aristoteles ipse αὖ, non μὴν vel δή, adhibet. Locus ex Physicis hic est 245. a. 12: οὔτε ἐνδὲν ἔσται μεταξὺ τοῖς ἀλλοιούμενον καὶ τοῦ ἀλλοιούντος, οὐδὲ μὴν τοῖς αὐξανομένον τε καὶ αὐξοντος, sed etiam ex illo quidquam ad Aristotelis usum effici posse nego, cum liber H num ab Aristotele scriptus sit \*\*) valde dubitetur.

Itaque statuendum est Aristotelem particulam μὴν tantum modo post οὐ et ἀλλά ponere. Quae cum ita sint omnes conjecturae, quibus μὴν alio modo usurpatum in textum infertur, rejiciendae sunt, cuius rei ut unum exemplum afferam: Scaliger (cf. Oncken, Eos I. 111.) injuria Eth. 1146. a. 12 scribere vult: πολλὸν μὴν δεῖ γε. Sed ab Aristotele ipso distat usus nonnullorum librorum subditiorum et Theophrasti, cum praeter

\*) vid. Bonitz, comment. in metaphys. pag. 15, 22, 23. Valent. Rose, de Aristotelis librorum ordine et auctoritate, pag. 156.

\*\*) Cf. Titze, de Aristotelis operum serie et distinctione pag. 48. Spengel, Abhandl. der Bayr. Akademie der Wissenschaft. Philos.-philolog. Classe. III. pag. 335—339. Valent. Rose l. l. pag. 199, 203.

οὐ μήν et ἀλλὰ μήν etiam καὶ μήν, οὐδὲ μήν, γέ μήν inveni-  
antur; cf. Rhetor. ad Alex.: καὶ μήν 1431. a. 28, b. 2, γέ  
μήν 1429. b. 34; de Xenoph., Zen., Gorg., in quo libro satis  
multa inesse puto quae ab Aristotelis usu aliena sint \*), οὐδὲ  
μήν 979. b. 30 (979 b. 40. Mullachius cum Fossio ex conje-  
c-tura); de mundo; qui liber sententiisne an sermone magis ab  
Aristotele distet, vix dici potest: καὶ μήν 397. a. 14, b. 1, 401.  
a. 19, γέ μήν 392. a. 9, 22, 393. a. 5, b. 2, 11, 394. b. 21,  
395. a. 5. Theophrast. hist. plant. γέ μήν IV. 10. 1, IX.  
16. 7; Charact. καὶ μήν I. 3, II. 4. (Schn.).

Ex iis quae usque adhuc dixi apparet, particulæ non om-  
nes eodem modo in omnibus qui dicuntur Aristotelis esse libris  
usurpari neque igitur sine magno periculo quod de uno scripto  
valeat, ad omnia transferri posse. Quae res ut accuratius per-  
spiciatur cum maximi momenti esse putem, ubique libri dis-  
sentient, indicandum mihi esse censeo.

## Cap. II.

### De usu particulæ τέ apud Aristotelem.

Ex iis quae grammatici de particulæ τέ docent hoc  
primum refero illud τέ, quod per se solum énuntiata vel  
notiones conjungit, multo saepius apud poetas quam in sermone

\*) Utrum liber germanus sit necne disceptatur. cf. Zeller. Geschichte d. griech. Philosophie. edit. II., tom. I. 374. Ueberweg. Philolog. VIII. pag. 104 sqq. C. Vermehren. Die Autorschaft der dem Aristoteles zuge- schriebenen Schrift περὶ Εσοφάνους etc. 1861. Fuere etiam qui librum a Theophrasto scriptum esse conjecterent cf. Brandis. Uebersicht über das Aristotelische Lehrgebäude. pag. 291. Erdmann. Geschichte der Philosophie. I. 156; repugnavit Valent. Rose l. l. pag. 72: Quid de ea re judicandum sit, nunc perscrutari longum est, sed hoc contendō, ab Aristotelis dicendi usu librum illum certo discrimine distare.

pedestri usurpari, sed ne de prosariis quidem omnibus idem valere, cum ali saepius adhibeant, ut Thucydides, alii raro ut Plato et oratores, cf. Bäumlein. Griechische Partikeln pag. 215—217. Apud Aristotelem  $\tau\acute{e}$ , cuius vis eadem est atque apud ceteros scriptores \*), non in omnibus scriptis pari numero adhibetur, sed duae distinguendae sunt classes, quarum altera efficitur Metaphysicis, Politicis, Ethicis (libro de mundo et altero Oeconomicorum libro), altera Physicis, libris de anima, Rheticis (libris pseudoaristoteleis praeter eos, quos modo commemoravi), in illis saepius, in his rarius  $\tau\acute{e}$  in usum venit; Poeticorum ambitus minor est quam ut ad utrum genus pertineant definire audeam. (huc non ascribo eos locos, ubi  $\tau\acute{e} \gamma\acute{a}p$ ,  $\tau\acute{e} \delta\acute{n}$ ,  $\tau\acute{e} o\acute{n}$  invenitur v. quae infra de ea re dicam. In Politicis  $\tau\acute{e}$  fere quinquies et vicies \*\*) invenitur, in Metaphysicis paullo saepius, omnium saepissime in Ethicis. Contra quater in Rheticis, octies in Physicis.

Utitur autem Aristoteles particula  $\tau\acute{e}$  iis maxime locis ubi rei, quam oculis nostris subjicere vult, imaginem accurate et perspicue depingit. Quod cum poetarum maxime proprium esse videatur, inter causas fuisse potest, cur ab illis  $\tau\acute{e}$  multo saepius adhiberetur. Ut ex Aristotele exempla afferam v. Polit. 1314. b. 14—1315. a. 4, ubi singulæ partes, quibus tyranni, qui imperium bonis artibus retinere studeat, imago efficitur, his verbis adjunguntur: 1314. b. 14 ἐπειτα, 16 ὅλως τε, 18 και, 19 ἔτι δέ, 23 ἔτι δέ, 25 ὄμοιως δὲ και, 28 τέ, 36 τέ, 38 ἔτι δέ. 1315. a. 4 τέ. V. etiam Ethic. 1177. a. 27, b. 1.

\*) contra Zellii sententiam (ad Ethic. III. 12. 3)  $\tau\acute{e}$  apud Aristotelem nonnullis locis eadem significatione uti atque δέ, satis habeo G. Hermanni verba attulisse, cf. de praeceptis quibusdam Atticistarum disser-tat. opusc. I. 269: „Quamquam vero usus in omnibus linguis satis licenter dominari solet, non est tamen, quod quidquam in hoc genere tam temere fieri existimemus, ut non ad sensum aliquid intersit, sic an aliter loquare.“

\*\*) sed haud paucis locis homines docti non sine causa dubitaverunt, utrum  $\tau\acute{e}$  retineri possit an δέ scribendum sit. Vide Stahr. ad Polit. 1271. b. 15, 1293. b. 26, 1316. b. 14, 1323. b. 13, 1332. a. 42, b. 30, 1333. a. 24, 1338. b. 16.

In Metaphysicis prae ceteris ὅλως τε invenitur v. 981. b. 7, 989. a. 26, 990. b. 17, 992. b. 18, 997. a. 15, 1010. a. 20, b. 30, 1055. a. 22, 1079. a. 14.

Sed multo magis mirum est, quod accidit in Ethicis. Té enim cum in septem libris prioribus rarissime in usu sit, multo saepius quam in ullo Aristotelis libro in libris VII, IX, X usurpatur. Invenitur enim τέ (sec. Bekkerum): in primo libro: nusquam, in secundo: nusquam, in tertio: 1112. a. 9, in quarto: 1123. b. 31, 1126. a. 7. (ubi Scaliger, v. Oncken, Eos I. 109. δέ proponit.), in quinto: nusquam, in sexto: 1143. b. 31, in septimo: 1153. b. 7 (τέ solus Bekkerus, ceteri δέ, quod cur praferendum sit v. L. Spengel. Aristotelische Studien I, 46.) contra in octavo: 1155. a. 11, 14, 16, 30, 1156. b. 22, 1158. b. 10, 13, 1161. a. 18 (ubi Fritzschius τέ γάρ cum cod. Mb et Lb), in nono: 1164. b. 1, 4, 13, 1166. a. 23, b. 13, 17, 1167. b. 8, 1168. a. 17, 30, 1169. b. 10, 1170. a. 4, 1171. b. 9, in decimo: 1172. b. 24, 1173. a. 29, b. 4, 1174. a. 1, 4, 1177. a. 3, 7, 27, b. 1, 4, 20, 1178. a. 4, 12, 1179. b. 8, 28, 1080. b. 10. Videtur autem frequentissimus ille particulae τέ in libris postremis usus optime dicendi rationi in iis adhibitae convenire, ea enim a vulgari Aristotelis usu hoc modo distat, ut ad poetarum sermonem proprius accedat vid. excurs.

Hoc vero de omnibus scriptis valet, particula τέ singula verba rarissime copulari praeter infinitivos et participia, quod usitatum est, v. Bäumlein. Griechische Partikeln pag. 213; contra saepius complura verba, quae inter se artius cohaerent, illa particula aliis adjunguntur, quae simili modo comparata sunt, v. Ethic. 1158. b. 13: ἐτερον δὲ στὶ φίλιας εἶδος τὸ καθ' ὑπεροχήν, οἷον πατρὶ πρὸς νιὸν καὶ ὅλως προσβντέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρὶ τε πρὸς γυναικα καὶ παντὶ ἀρχοντι πρὸς ἀρχόμενον. Quae cum ita sint Met. 1004. b. 14, ubi vulgo legitur: ὅμοιως δὲ καὶ στερεῷ καὶ αἰνῆτῳ καὶ πνονμένῳ ἀβαρεῖ τε καὶ βάρος ἔχοντι ἐτερα ἴδια, cum codex Ab καὶ ἀβαρεῖ praecheat, lectio-nes ita conjungendas esse puto, ut scribamus: καὶ ἀβαρεῖ τε καὶ βάρος ἔχοντι. Solet enim Aristoteles in enumerandis

compluribus rebus duas] notiones inter se artius cohaerentes particulis τέ καὶ inter se conjungere; cf. e libris de anima, ubi illud saepissime invenitur: 403. a. 16—18: ἔσικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, πάντα εἶναι μετα σώματος, θνυός πραότης φόβος ἔλεος Θάρσος, ἔτι χαρὰ καὶ τὸ φύλεῖν τε καὶ μισεῖν; 411. a. 27, 413. a. 25. Pol. 1332. b. 35. Poet. 1447. b. 26, 27. Neque vero illa regula, particula τέ non singula verba copulari pertinet ad scripta pseudoaristotelea, cf. de mundo 398. a. 11: ἀλλ οἰον ὑπορεῖτο Καμβέσον Ξέρξον τε καὶ Δαρείον πρόσχημα.

Praeter eum usum de quo modo diximus τέ nonnullis locis in medio enuntiato ita positum invenitur, ut copulare nequeat. Corruptelam talibus locis statuendam esse elucet, ita ut modo de ea re agatur, quae cuique loco medela afferenda sit. Aut enim videndum est ne quid exciderit aut pro τέ aliud verbum pondum est, maxime γέ (has enim particulas in codicibus haud raro commutatas esse constat, cf. Fr. V. Fritzsche. quaestiones Lucianae pag. 119, 166, 198, 212.) aut, quod omnium minime placet, τέ delendum est. Ut exemplum afferam, v. Pol. 1339. a. 29: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ διαγωγήν τε παισὶν ἄρμόττει καὶ ταῖς ηλικίαις ἀποδιδόναι ταῖς τοιανταῖς, ubi Bekkerus τέ uncis inclusit, quod displicet cum non intelligatur quomodo τέ in locum irrepere potuerit; scribendum est γέ, quod jam Coraem \*) conjectasse video; cf. locos ex Polit., ubi ἀλλὰ μὴν οὐδέ—γέ invenitur: 1284. b. 30, 1331. a. 7. Cum igitur constet particulas τέ et γέ saepe commutas esse, etiam nonnullis locis, quibus τέ quodammodo defendi potest, sed γέ multo melius quadrat, nescio an γέ scribendum sit. Sic Ethic. 1178. b. 18, ubi postquam dixit, quid de deorum vita statui nequeat, pergit: ἀλλὰ μὴν ζῆν τε πάντες ἵπαλίφασιν αὐτοὺς καὶ ἐνεργεῖν ἄρα, γέ scribendum esse puto, quia quanto melius eo verbo recepto oratio procedat apparet. Aliter de Rhet. 1366. b. 37 judicandum est, ubi quid excidisse videtur cf. Vahlenium optime de hoc loco disputantem: Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften. Philos.-hist. Classe, vol. 38, pag. 110 et 111. Itaque alii loci aliter emendandi sunt.

\*) Corais editiones et Politiorum et Ethicorum ab hominibus doctis non satis existimatas esse doleo.

Jam pergamus ad illud  $\tau\acute{e}$  qui aut alterum  $\tau\acute{e}$  aut  $\kappa\alpha\iota$  aut per anacoluthiam  $\delta\acute{e}$  respondet.  $\text{T}\acute{\epsilon}$ — $\tau\acute{e}$  ut apud omnes prosarios, cf. Bäumlein. Griechische Partikeln 219 et 220, apud Aristotelem quoque raro in usum venit: in Rheticis enim, Poeticis, libris de anima, Physicis nullo loco invenitur, in Ethicis: 1104. a. 20, 1114. b. 26 (cf. C. Vermehren. Aristotelische Schriftstellen untersucht pag. 23.), 1125. b. 8, 1171. a. 22, 1175. a. 20, 1177. a. 21, in Politicis 1291. a. 17. (ita Coraes et Bekkerus in minore editione, ceteri  $\gamma\acute{e}$ — $\tau\acute{e}$ ), 1327. a. 4, 1329. b. 2, in Metaphysicis 1061. a. 18, 1073. a. 37 (sed. v. Bonitzium ad h. l.), ita ut  $\tau\acute{e}$ — $\tau\acute{e}$  in iis tantum scriptis inveniatur, in quibus  $\tau\acute{e}$  sine altera particula copulativa positum saepius usurpari vidimus. Etiam in libris pseudoaristoteleis raro in usu est.

$\text{T}\acute{\epsilon}$   $\kappa\alpha\iota$  haud raro adhibetur, ubi vulgo  $\kappa\alpha\iota$  solum ponitur, neque vero id Aristoteli proprium est, sed etiam apud optimos scriptores reperitur, cf. Fr. V. Fritzsche. quaestiones Lucianae p. 130; Hartung. Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache I, 101. Sic apud Aristotelem ut nonnulla exempla afferam post  $\mu\epsilon\tau\alpha\xi\nu$  nonnullis locis  $\tau\acute{e}$   $\kappa\alpha\iota$  adhibetur maxime in Metaphysicis, v. 997. b. 29:  $\mu\epsilon\tau\alpha\xi\nu$   $\alpha\nu\tau\eta\varsigma$   $\tau\epsilon$   $\iota\alpha\tau\mu\eta\varsigma$   $\kappa\alpha\iota$   $\tau\eta\varsigma\delta\epsilon$   $\tau\eta\varsigma$   $\iota\alpha\tau\mu\eta\varsigma$ . v. 991. b. 30, 995. b. 17, 997. b. 24; 1059. b. 6 particulae  $\tau\acute{e}$  collocatio offendit:  $\mu\epsilon\tau\alpha\xi\nu$   $\tau\epsilon$   $\tau\alpha\eta$   $\iota\delta\omega\eta$   $\tau\mu\delta\epsilon\alpha\iota$   $\kappa\alpha\iota$   $\tau\alpha\eta$   $\alpha\iota\sigma\theta\eta\tau\omega\eta$ , quamquam enim hoc me non fugit,  $\tau\acute{e}$  per  $\nu\pi\epsilon\rho\beta\alpha\tau\omega\eta$  haud raro post id verbum (maxime post praepositionem et articulum) poni, quod ad utrumque membrum pertineat, cf. Bernhardy. Wissenschaftliche Syntax pag. 461, 462; Madvig. Griechische Syntax. §. 185 a. ann. 4, tamen de hoc loco dubito, quia post  $\mu\epsilon\tau\alpha\xi\nu$  quidem neque apud Aristotelem neque in libris subditiciis ullo loco  $\tau\acute{e}$  ita collocatum inveni. Etiam ad verba numeralia conjungenda  $\tau\acute{e}$   $\kappa\alpha\iota$  duobus Metaphysicorum locis adhibetur (quod saepius apud Herodotum, raro apud Atticos inveniri Krügerus afferit, v. Griechische Sprachlehre II, §. 69, 70, 3.) v. 1074. a. 11:  $\pi\epsilon\tau\eta\varsigma$   $\tau\epsilon$   $\kappa\alpha\iota$   $\pi\epsilon\tau\eta\varsigma$  et 1074. a. 13:  $\dot{\epsilon}\pi\pi\alpha$   $\tau\epsilon$   $\kappa\alpha\iota$   $\tau\epsilon\sigma\sigma\alpha\pi\alpha\kappa\omega\eta\tau\alpha$ : praeterea  $\kappa\alpha\iota$  solum adhibetur, vid. Metaph. 1074. a. 7; Polit. 1315. b. 25, 31 sqq.; Rhetor. 1390. b. 10.

Particulae  $\tau\acute{e}$  per anacoluthiam quandam haud raro non

5

altera particula copulativa, sed δέ respondet, quod cum apud optimos scriptores fiat \*) minime offendit. Cum vero nonnulli loci invenirentur, quibus quid particulae τέ responderet non appareret atque id maxime fieri videretur, si τέ γάρ positum esset, notissima illa doctrina exorta est atque omnium fere grammaticorum consensu probata, particulam τέ in verbis τέ γάρ non jam copulare, sed τέ γάρ nihil aliud significare nisi „namque etenim“, ita ut nihil desideraretur quo τέ exciperetur. Klotzii qui accuratissime de ea re disputavit cf. annot. ad Devar. 749—752, verba haec sunt (749 sub finem): „Sed tamen haud raro etiam factum est, ut τέ γάρ particulae ita plane ponerentur, quem ad modum Latinae voces etenim vel namque, neque alterum membrum aut poneretur aut in reliqua orationis conformatioне significaretur quoquam modo, quibus in locis rectissime G. Hermannus ad Sophoclis Trachiniarum versum 1015. p. 176. ait, τέ illud non copulare, sed lenius affirmare quam τοι, unde natum esset ut Germanice per ja vel wohl exprimi posset. Et in his quidem locis is qui loquitur, id per τέ γάρ particulas videtur velle significare, se cum plura commemorari possint, hoc, quod jam infert, per γάρ particulam e pluribus rebus potissimum ponere, ut causae redditio non sine quadam amplificatione fiat.“ pag. 750. addit: „posteriore tempore inde ab Aristotele admodum frequentari ille harum particularum usus coepit est.“ pag. 752 duos locos ex Politicia affert, quibus ille usus probari videtur: 1256. a. 23, 1333. a. 2. Solus Hartungius quod sciām l. l. I: pag. 115. illam doctrinam non accepit, sed Fritzschius (v. ad Ethic. 1161. a. 18.) contra eum dicit: „Particulis τέ γάρ h. l. eodem modo, quo Latini etenim, causa indicatur, de quo usu iniuriā ab Hartungo (si recte, quae dixit in l. von den Partikeln der griechischen Sprache I, p. 115. intelligo) addubitatō, ex Aristotelis scriptis haec exempla subicerē visum est: Gen. A. I. 21, p. 729. b. 9, II. 7, p. 747. a. 13. Met. IX. 6, p. 1071. b. 5. I. 2, p. 983. a. 6—8, XII. 9, p. 1086. a. 16. IV. 27, p. 1024. a. 12. Phys. I. 3, p. 186. b. 19. Meteor. II. 8, p.

\*) cf. Klotz. annot. ad Devarium. pag. 741. Fritzsche. ad Eth. Nicom. 1163. a. 26; apud Aristotelem maxime δύοίσις δι καὶ particulae τέ respondet.

336. b. 3. (cod. H. L.). Eodem reféro Categ. 8, p. 9. b. 35. ubi recte Waitzius τέ recepit, sed artificiosius explicavit. Argumentum claudat libri hujus cap. XIV, 1. Ceterum vide Schaeferum ad Dem. II, p. 579; ad Dion. H. comp. v. p. 409; ad Soph. Trach. 1019 et ad eundem versum Godofredum Hermannum". Praeterea cf. Bernhardy. Wissenschaftliche Syntax. p. 483.

Sed quamvis pro illo usu et auctoritas multorum hominum egregiorum et analogia sermonis Latini faciant, tamen miri aliquid in hac re inesse puto, quod τέ γάρ modo secundum usum vulgarem modo prorsus aliter adhiberi statuatur. Itaque cum de ceteris scriptoribus quidquam contendere non ausus sim, in Aristotelis usum accuratius inquiram; permulti enim loci quomodo intelligendi sint, ex ea re pendet, utrum grammaticorum doctrinam accipiamus necne. Primum igitur de exemplis a Fritzschio allatis dicamus: Eth. 1161. a. 18, cum ante dixisset: τοιαντη δὲ καὶ ἡπατρική, διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργετημάτων αἴτιος γάρ τον εἶναι, δοκοῦντος μεγίστου, καὶ τροφῆς καὶ παιδείας καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα απονέμεται pergit: φύσει τε [γάρ] ἀρχικὸν πατήρ νιῶν καὶ πρόγονοι ἐγγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλεομένων. ἐν ὑπεροχῇ δὲ αἱ φιλίαι αὗται, neque vero etiamsi γάρ, quod modo in codicibus Mb et Lb inest, recipimus quidquam obstat, quominus verba: ἐν ἐπεροχῇ δὲ αἱ φιλίαι αὗται iiis quae antecedunt φύσει τε γάρ sqq. respondere statuamus; quod enim τέ particula δὲ excipitur, offendere nequit. Gen. An. 729. b. 9, cum antecedant verba: κατὰ τε δὴ τὸν λόγον οὔτω φαίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, ex quibus appareat, Aristotelem de duabus rebus dicere velle (ό λόγος enim atque τὰ ἔργα saepissime apud Aristotelem disjunguntur atque opponuntur cf. Pol. 1333. b. 15, 1340. b. 7.), pergit: καθόλον τε γάρ ἐπισκοποῦσιν οὐ φαίνεται γινόμενον, de qua re accuratus dicit usque ad v. 21; deinde altera pars postquam repetit: συμβαίνει δ' ὁμολογούμενα τῷ λόγῳ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, incipit v. 22: διὰ τούτο γάρ θνατῶν ἀρρένων sqq.; orationem non admodum concinnam esse concedo, sed id haud raro inveniri ipse Klotzus dicit l. I. pag. 749. cf. Hartung l. I. I, 115. Gen. An. 747. a. 13: δέ τε γάρ περὶ τοὺς ὄφθαλμοὺς τόπος τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν σπερματικῶν ἔστιν respondent v. 19. verba: καὶ αἱ σπερ-

ματικαὶ καθάρσεις ἀπὸ τοῦ ὑποζώματός εἰσιν, ut appareat ex v. 8—10. Met. 1071. b. 5: αἱ τε γὰρ οὐσίαι πρῶται τῶν ὄντων, καὶ εἰ πᾶσαι φδαρταὶ, πάντα φδαρτά, τέ particula καὶ excipitur. Locum Met. 983. a. 6—8 a Fritzschio allatum esse miror, cum Aristoteles ipse indicet, quomodo τὲ γάρ intelligi velit: τοιαύτη δὲ διχῶς ἀν εἴη μόνον ἢν τε γὰρ μάλιστ’ ἀν ὁ Θεὸς ἔχοι θεία τῶν ἐπιστημονῶν ἐστι, καν εἰ τις τῶν θείων εἴη. Met. 1085. a. 16 respondet ὄμοιώς δὲ καὶ v. 19. Met. 1024. a. 12: πρὸς δὲ τούτους v. 16. Phys. 186. b. 19: ἐστι v. 23. Meteor. 366. b. 3: καὶ v. 7. (si τέ cum cod. H. N. legendum est). Cat. 9. b. 35: ὄμοιώς δὲ καὶ p. 10. a. 2 (si τέ e codice C. recipimus). Eth. 1163. a. 29: λειτουργίαν τε γὰρ γίνεσθαι καὶ οὐ φιλίαν particulis τέ — καὶ duae notiones conjunguntur, quarum altera affirmando idem exprimit quod altera negando; quem usum maxime tragicis familiarem esse notum est. cf. Hartung I. I. I. 102. Itaque nullo eorum locorum quos Fritzschius attulit quidquam obstat, quo minus τὲ γάρ secundum vulgarem particularum usum explicemus.

At vereor ne quis objiciat ex singulis locis refutandis nihil effici posse, sed magis in universum disputandum esse. Cui ut satisfaciam quam brevissime omnes locos examinabo, ubi τὲ γάρ in Politicis invenitur. Maxime enim de Politicis dicendum esse puto, quia dicendi ratio in iis adhibita durior et inconcinnior est quam in ullo alio Aristotelis libro (Metaphysicis fortasse exceptis) et quod exempla quibus Klotzius nititur ex Politicis desumpta sunt. Loci igitur ubi particulae τέ καὶ respondere primo aspectu apparent hi sunt: 1255. a. 24, 1259. b. 1, 1262. b. 7, 1269. b. 9, 1271. b. 41, 1287. a. 30, 1297. b. 30, 1299. a. 36, 1302. b. 7, 1311. a. 25, 1313. a. 22, 1314. b. 39, 1326. a. 29, 1330. a. 17, 1332. b. 27, 1335. a. 41, 1339. b. 15, τὲ γάρ — τέ invenitur, 1329. b. 2; 1254. a. 9 respondet ὄμοιώς δὲ καὶ; 1269. a. 36 ὄμοιώς δὲ καὶ; 1330. a. 38 δεύτερον δὲ; 1316. a. 3 καὶ v. 14, quod recte Stahrius vertit: „Und dann zweitens“. Difficilior est locus 1318. b. 33, ubi enuntiato interposita sunt verba: αἱ τε γὰρ ὀρχαὶ ἀεὶ διὰ τῶν βελτίστων συνταὶ τοῦ δήμου βούλομένον καὶ τοῖς ἐπιεικέστων οὐ φθονοῦντος; ita ut e ratione grammatica nihil esse appa-

reat, quo τέ excipiatur. Sed alia sententiarum ratio est. Aristotelis enim cum ante populi imperio conducere dixisset, si populus crearet quidem magistratus, sed ii tantum creari possent, qui certam quandam pecuniam possiderent, jam παρενθετικές causas illius rei affert si quid video duas: alteram quod futurum esset, ut optimi magistratibus fungerentur; alteram quod populus illud non ægre latus esset; quam sententiam optime Stakrius ita vertendo reddidit: „denn die Aemter werden immer in den Händen der Besten sein, und zwar mit Zustimmung des Volks und ohne dass es die Gebildeten beneidete.“ Nos recte judicare locus ex Rhet. ad Alex. demonstrat, qui similis est loco quem tractamus, 1424. a. 15—19: οὐτω γάρ ὁ μὲν δῆμος κύριος ὃν διδόναι τὰς τιμὰς οἵς ἀν ἐθέλῃ τοῖς λαμβάνονσιν αὐτὰς οὐ φθονήσει, οἱ δὲ ἐπιφανέστεροι μᾶλλον τὴν καλοκαγαθίαν ἀσκήσονσιν, εἰδότες ὅτι τὸ παρὰ τοῖς πολίταις εὐδοκιμεῖν οὐκ ἀληστελές αὐτοῖς ἔσται. Simili modo illo Politicorum loco si concinne dicere voluisse Aristoteles, scribendum fuisset: αἱ τε γάρ ἀρχαὶ δεῖ διὰ τῶν βελτίστων ἔσονται καὶ ὁ δῆμος βούλησεται καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν οὐ φθονήσει, cum vero alterum membrum minus accurate expresserit, non tam singularis quidam particularum τὲ γάρ usua statuendus est quam anacoluthia, in qua cum apud omnes scriptores Graecos tum in Aristotelis Politicis minime offendimus. Restant loci quos Klotzius affert. 1256. a. 23 respondet v. 29 δομοῖς δὲ καὶ, contra locus 1332. b. 41 videtur corruptus esse. Cum enim antecedant verba: ἔστι μὲν ἄρα ὡς τοὺς αὐτοὺς ἀρχεῖν καὶ ἀρχεσθαι φατέον, ἔστι δὲ ὡς ἐτέρονς, ὥστε καὶ τὴν παιδείαν ἔστιν ὡς τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον, ἔστι δὲ ὡς ἐτέρων εἶναι expectamus ut duae causae afferantur, quibus utrumque probetur. Quod minime fit, cum nihil sequatur nisi verba: τόν τε γάρ μέλλοντα καλῶς ἀρχεῖν ἀρχθῆναι φασι δεῖν πρῶτον (nam quae post ea sequuntur ad aliam rem pertinent), ut aliquid deesse videatur. Utique locus non ab omni parte recte sese habet \*), ita ut ad usum particularum τὲ γάρ quidquam ex eo effici posse negem.

\*) Jam Conringius et Reizius videntur id perspexisse cum vers. 6. post ἀλευθέρων lacunam statuerint. Conringius enim dicit ad. h. v.:

Itaque cum neque exempla quae allata quidquam sunt probent neque in Politicis ullus locus inveniatur, ubitè γάρ „namque“, „etenim“ significare constet neque in ceteris scriptis quae evolvi tales loci exstant \*), ille particularum τὸ γάρ usus quem Klotzius, Fritzschius alii voluerunt apud Aristotelem quidem statui nequit.

Neque de particulis τὸ δῆ omnes grammaticos recte judicare censeo. Cum enim in his particulis de ea quidem re non agatur, num τέ prorsus aliam significationem induat, hoc tamen dubium est, utrum τέ per se solum enunciata conjungat an altero τέ vel καὶ excipiatur. Illud praefert Fritzschius cum ad Ethic. 1156. a. 17 haec afferat: „Consociatae particulae τέ δῆ (de quibus et in annotationibus ad Viger. p. 497 et insigni doctrina ab Zelliō in nostri commentario loci disputatur) ad concludendam rationem ita faciunt, ut cum barbarā dictione und also comparari possint. Cf. Phys. I. 3, p. 186. a. 4. An. Gen. I. 21, p. 729. b. 8; Pol. II. 5, p. 1263. b. 7.“ Sed de ejus sententia propterea dubito quia et Aristoteles ad id quod Fritzschius vult significandum particulis καὶ δῆ utitur et omnibus fere locis, quibus τὲ δῆ legitur, apparet τέ ad alteram particulam copulativam referendum esse. Inquiramus igitur in eos locos quos ille attulit. Locus Ethic. 1156. a. 17 ut nunc legitur cum ejus sententiam confirmare videatur, aliter res sese habet, si v. 19 cum cod. Mb pro δῆ δέ legimus atque δέ particulae τέ per anacoluthiam respondere statuimus. Ea vero lectione recepta locum multo concinniorem fieri apparet. Cum enim v. 14—16 dixisset: οἵ τε δὴ διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν στέργονται, καὶ οἱ δὲ ἡδονὴν διὰ τὸ αἴτοις ἡδόνη, καὶ οὐχ ἦ ὁ φιλούμενος ἐστιν, αἷλλ' ἦ χρήσιμος ἡ ἡδόνη duo affert, quae ex illis efficiantur, alterum κατὰ συμβεβηκός αἱ φιλίαι αὐται εἰσιν, alterum εὐδιάλυται αἱ τοιαῦται εἰσιν, quae

„Non probe cohaerent cum superioribus, nec explicatum hic est, quorsum pertineat illa memorata divisio imperii in herile et civile.“

\*) Omnes fere loci ex nostra explicandi ratione facilime intelligi possunt, cum admodum pauci difficultatem afferant, sic Rhetor. 1408 b. 17, Poetic. 1461. b. 11.

enunciata particulis τέ-δέ per anacoluthiam conjunguntur. Itaque hoc loco Fritzschii sententiam non comprobari manifestum est. Ceteris locis alterum membrum sequi apparet. Phys. 186. a. 4: τὸν τε δὴ τρόπον τοῖτον ἐπιοῦσιν ἀδύνατον φαίνεται τὰ δύτα ἐν εἶναι, καὶ ἐξ ὧν ἐπιδεικνύονται, λύειν οὐ χαλεπόν. An. Gen. 729. b. 8: κατά τε δὴ τὸν λόγον οὕτω φαίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, cf. p. 18. Pol. 1263. b. 7.: ταῦτα τε δὴ οὐ συμβαίνει τοῖς λίαν ἐν ποιοῦσι τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τούτοις ἀναγροῦσιν ἔργα δνοῦν ἀρεταῖν φανερώς. Quae cum ita sint, Fritzschii sententia videtur rejicienda esse.

De particulis τὲ οὖν eodem modo atque de τὲ δὴ judicandum est. De τέ cum aliis particulis conjuncto (*εἴτε-εἴτε, ἕάντε-ἕάντε, οὐτε-οὔτε, μήτε-μήτε*), quamquam nonnullae inventiuntur anacoluthiae \*), tamen non oportet dicatur, quia nihil in earum particularum usu Aristoteli proprium est.

### Cap. III.

#### De particulis adversativis.

Particulae δέ, ut ab ea incipiam, usus in apodosi ut definiatur ante omnia opus est. Ea enim res gravissima est, et quia alii aliter de ea judicant, et quia non tantum, quomodo permulti loci singuli intelligendi sint, ex ea re pendet, sed etiam permultum illud valet ad judicium de Aristotelis dicendi ratione constituendum. Si enim illum particulam δέ in apodosi sine ulla certa lege adhibuisse constaret, de enuntiatorum structura accusatius intelligenda desperandum esset. Sed cum antea δέ in apodosi Aristoteli non modo familiare esse, sed etiam indicare \*\*)

\*) Maxime in Politicis et Rhetoricis, v. οὐ-οὔτε Pol. 1297, b. 7, 1380. b. 15, καὶ εἰ-εἴτε Rhetor. 1377. b. 1.

\*\*) Waitz. ad A. organon 17. b. 1: „δέ apodosin indicat.“

apodosin vulgo editores contendereut, Bonitzius \*) existit fortissimus Aristotelis propugnator, qui talem licentiam ei tribui posse negans idem apud eum valere atque apud scriptores Atticos optimos demonstrare studuit cf. Aristotelische Studien II et III, pag. 124—129. Atticorum autem usum optime illustravit Buttmanus\*\*) excursu duodecimo ad Demosth. Midianam pag. 147—160; cuius doctrinam sequar. Transeamus igitur ad Aristotelem;

Primum δὲ post relativum positum repetitur post demonstrativum, cuius rei exempla grammatici ex omnibus scriptoribus afferunt. Cf. Metaphys. 1059. b. 31—34: ὃ δὲ τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἀνάγκη μετέχειν εἰ θήσαι τις αὐτὰ γένη, διαφορὰ δούδεμία τοῦ γένους μετέχει, ταύτῃ δοῖται ἀν δόξει δεῖν αὐτὰ τιθέναι γένη οὐδ' ἀρχάς. Rhetor. 1359. a. 32: ὅσα δὲ ἐξ ανάγκης η̄ ἔστιν η̄ ἔσται η̄ ἀδύνατον εἶναι η̄ γενέσθαι, περὶ δὲ τούτων οὐχ ἔστι συμβολὴ. Phys. 222. a. 7—8: ὅσων δὲ τὸ ἐναντίον μὴ ἀεί, ταῦτα δὲ δύναται καὶ εἶναι καὶ μή. Simili modo fortasse locus qui invenitur de anima 422. a. 29 explicari potest. Verba v. 20—30 (secundum Bonitzium: Aristotelische Studien II et III, pg. 43) haec sunt: ὁσπερ δὲ καὶ η̄ δψις ἔστι τοῦ τε ὄρατοῦ καὶ τοῦ ἀόρατον (τὸ γὰρ σκότος ἀόρατον, κρίτει δὲ καὶ τούτο η̄ δψις), ἔτι τοῦ λιαν λαμπροῦ (καὶ γὰρ τούτο ἀόρατον, ἄλλον δὲ τρόπον τοῦ σκότου), δύοις δὲ καὶ η̄ ἀκοὴ ψόφου τε καὶ σιγῆς, ἣν τὸ μὲν ἀκοντόν τὸ δοσκὸν ἀκοντόν, καὶ μεγάλον ψόφου, καθάπερ η̄ δψις τοῦ λαμπροῦ (ὁσπερ γὰρ ὁ μικρὸς ψόφος ἀντίκοντος, τρόπον τινά καὶ ο̄ μέγας τε καὶ ο̄ βίαιος), αόρατον δὲ τὸ μὲν ὅλως λέγεται, ὁσπερ καὶ ἐπ' ἀλλῶν τὸ αδύνατον, τὸ δέ τον πεφτκὸς μὴ ἔχη η̄ φαῦλως, ὁσπερ τὸ ἀκοντόν καὶ τὸ ἀπύρηνον οὐτο δὴ καὶ η̄ γενοῖς τοῦ γενοτοῦ τε καὶ ἀγενοτοῦ, τούτο δὲ τὸ μικρὸν η̄ φαῦλον ἔχον χυμὸν η̄ φθαρτικὴν τῆς γενέσεως. sed quamquam δή post οὐτω v. 29 omnes nisi fallor editores receperunt, tamen δὲ scribendum esse censeo, cum et in optimis codicibus insit et secundum usum.

\*) v. Jenaische Literaturzeitung 1845. pag. 852.

\*\*) vid. praeterea Hartung. Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache I, 188—189. G. Hermann. Viger. editio IV. pag. 848, Bäumelein. Griechische Partikeln 92—94.

adhibeatur cf. Buttmann. l. l. 152. Apparet igitur non sine causa F. V. Fritzschium in quaest. Lucianeis p. 43 sqq. monere; ne nimio emendandi studio inducti etiam tales locos mutemus, ubi δέ bene explicari possit. Particulæ δέ post demonstrativum repetitae alia exempla collegit Waitzius, de quibus vid. Bonitzium \*). Ex Theophrasti hist. plant. cf. VI. 15. 1, IX. 1. 3; IX. 14. 4 Wimmerus δὴ scripsit.

Differunt ab his locis ii, quibus δέ non in apodosi ponitur, sed mere répetitum \*\*), cf. Buttmann. l. l. p. 152. Metaph. 1036. a. 5: τον δὲ συνόλου ηδη ολον κύκλον τονδι, τῶν καθ' ἑκαστά τινος ή αἰσθητοῦ ή νοητοῦ (λέγω δὲ νοητοὺς μὲν οἷον τοὺς μαθηματικοὺς, αἰσθητοὺς δὲ οἷον τοὺς χαλκοῖς καὶ τοὺς ἔνδινον) τούτων δὲ οὐκ ἔστιν ὀρισμός, ἀλλὰ μετὰ νοήσεως η αἰσθήσεως γνωρίζονται. Theophr. histor. plant. V, 4. 8 (Theophrastum affero, ut res magis illustretur, cum apud Aristotelem ille usus rarissime inveniatur): τῶν δὲ ὄμογενῶν ἔνδινων οἷον δρυῶν πενκίνων, ὅταν τάριχενθωται (ταριχεύονται γὰρ οὐκ ἐν τοφῇ βάθει πάντα δύοντες τῆς θαλάττης, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ τὰ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω τὰ δὲν πλείον βάθει), πάντων δὲ τὰ πρὸς τὴν ρίζαν θάττον δυεται καθ' ὕδατος.

Jam judicium facere possumus de loco illo satis difficulti, qui invenitur initio Ethicorum Nicom. 1094. a. 9—14. Verba apud Bekkerum haec sunt: ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἵππικὴν ή χαλινοποικὴν, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἵππικῶν ὄργάνων εἰσὶν αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἀπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἔστιν αἱρετώτερα τῶν ὑπὸ αὐτά. Primum moneo χαλινοποιητική legendum esse cf. Krische. Jenaische allgemeine Literaturzeitung, 1835, Nr. 230, p. 403; Bonitz. Aristotelische Studien II et III, p. 46; tum τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον cum Bonitzio in τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον \*\*\* mutandum esse, v. l. l. p. 47. Sed valde dis-

\* ) Aristotelische Studien II et III, p. 125, 126.

\*\*) cf. God. Hermann. Viger. p. 844 (edit. IV): „Notandum praeterea δέ repetitum post longiorem parenthesis“.

\*\*\*) Praeter Camerarium, Sylburgium, Zellium, quos Bonitzius affert, etiam Coraes τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον legit.

sentiunt homines doctissimi, utrum δέ post ἀπάσαις retineri possit an δή scribendum sit. Illud vult Krischius v. Jenaische allg. Literaturzeitung 1825 Nr. 230 p. 403: „ὅσαι δὲ οἱ κῦντις den Satz an, der durch die Vergleichung, welche aber von ihm nicht zu trennen ist, unterbrochen wird; mit ἐν ἀπάσαις δέ wird der unterbrochene Gedanke, der nun auch die Vergleichung in sich schliesst, wieder aufgenommen, so dass δέ nach ἐν ἀπ. das wiederholte erste δέ ist, und nimmermehr statt δή die apodosis bildet;“ cuius sententiae assentirer, si Aristoteles scripsisset, ἐν ταῦταις δέ, sed cum ἐν ἀπάσαις legatur, quo verba omnia quae antecedunt comprehenduntur, nescio an cum codice Mb (cuius auctoritas in talibus rebus summa est), Korae (v. annot. ad h. l.), Bonitzio (l. l. p. 46 et 47) δή legendum sit.

Contra eodem modo atque post demonstrativum δέ in apodosi iis locis explicandum est quibus cum duae protases et apodeses alterae alteris respondeant, priori et protasi et apodosi μέν, alteri δέ additur. Ita notissima illa dicendi ratio μέν-μέν, δέ – δέ exoritur, de qua v. Buttmannum l. l. p. 153—155. Cf. Metaph. 1035. a. 25—30: ὅσα μὲν οὖν συνειλημμένα τοῖδος καὶ ἡ ὑλὴ ἔστιν, οἷον τὸ σωμὸν ἢ ὁ χαλκὸς κόκλος, ταῦτα μὲν φθείρεται εἰς ταῦτα καὶ μέρος αὐτῶν ἡ ὑλὴ· ὅσα δὲ μὴ συνειληπταὶ τῇ ὑλῇ, ἀλλ᾽ ἄνευ ὑλῆς, ὃν οἱ λόγοι ἡτοῦ εἰδοντος μόνον ταῦτα δ'οὐ φθείρεται, ἢ ὅλως ἡ οὔτοι οὐτογε. Phys. 209. b. 30—32: ἡ μὲν οὖτις χωριστός ἔστι τοῦ πράγματος, ταύτη μὲν οὐτε ἔστι τὸ εἶδος, ἢ δὲ περιέχει, ταύτη δὲ τερος τῆς ὑλῆς (editio Didotiana cum cod. F alterum δέ omittit). Saepius μέν in apodosi enuntiati prioris omittitur: de anima 404. b. 7—10: ὅσοι μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι τὸ ἐμψυχον ἀπέβλεφαν, οὔτοι τὸ κινητικάτατον ὑπέλαβον τὴν ψυχὴν ὅσοι δὲ τὸ γινώσκειν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων, οὔτοι δὲ λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς. Metaph. 1009. a. 21, Polit. 1296. b. 24. Ut intelligatur quam contortae periodi ea dicendi ratione effici possint, affero Phys. 221. b. 28—222. a. 3: ὅσα μὲν οὖν φθαρτὰ καὶ γεννητὰ καὶ ὅλως ὅτε μὲν ὄντα ὅτε δὲ μή, ἀνάγκη ἐν χρόνῳ εἶναι· ἔστι γὰρ χρόνος τις πλείων, ὃς ὑπερέξει τοῦ τε εἶναι αὐτῶν καὶ τοῦ μετροῦντος τὴν οὐσίαν τῶν δὲ μὴ ὄντων ὅσα μὲν περιέχει ὁ χρόνος, τὰ μὲν ἦν, οἷον Ὁμηρός ποτε ἦν, τὰ

δέσται, οἷον τὸν μελλόνταν τι, ἐφ' ὑπότερα περιέχει· καὶ εἰ ἐπ' ἀμφῷ, ἀμφότερα καὶ ἦν καὶ ἔσται· ὅσα δὲ μὴ περιέχει μηδαμῆ, οὐτέ ἦν οὔτε ἔστιν οὔτε ἔσται.

Δέ post demonstrativum, cum non antecesserit apud relativum\*), ab Aristotele rarissime adhibetur. Phys. 188. a. 16: καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος, ὃς πλίνθοι ἐξ οἰκίας καὶ οἰκία ἐκ πλίνθων, οὕτω δὲ καὶ ὑδωρ καὶ αἱρὴ ἐξ ἀλλήλων καὶ εἰσὶ καὶ γίνονται quo loco apodosin quodammodo protasi opponi eluet. Simili modo, fortasse Metaph. 1075. a. 7—10, quem locum Bonitzius (v. observationes criticae in A. libros metaphys. p. 19—21) ita emendavit: ὥσπερ γὰρ ὁ αἰνθρωπίνος νοῦς, [ἢ] ὃ γε τὸν συνθέταν, ἔχει· ἐν τινὶ χρόνῳ (οὐ γὰρ ἔχει τὸ εὖ ἐν τῷδε ἡ ἐν τῷδι, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τινὶ τὸ ἄριστον, ὃν ἄλλο τι), οὕτως δὴ ἔχει αὐτὴν αὐτῆς ἡ νόησις τὸν ἀπαντα αἰσθάνα, οὕτω δέ, quod omnes codices praebent, defendi potest, cum inter protasin et apodosin oppositionem esse appareat.

Paullo saepius δέ post εἰ in apodosi invenitur. Quod cum verear ne qui negent, praemitto etiam ab optimis scriptoribus eum usum non prorsus alienum esse. Cf. Xenoph. Cyr. V. 5. 21, quem locum grammatici afferunt: ἀλλ' εἰ μηδὲ τοῦτο, εἴη, βούλει ἀποκρίνασθαι, σὺ δὲ τούντεῦν λέγε. Ita vero δέ non adhibetur, nisi opponitur apodosis protasi, cf. F. V. Fritzschium, qui in universum de particula δέ in apodosi usurpata disputans rectissime dicit (quaestion. Lucianae p. 46): „etenim ut regulā complectar, ubincunque aut verbis perspicuis aut sensu certe quidem ipso res ante capitūr iis quae sequuntur contraria quam inditā μέν liceat explanare, ibi graeci scriptores paulo post δέ inferunt.“ Itaque si apud Aristotelem loci sic comparati inveniuntur, causam non video\*\*), cur δέ post enuntiationem conditionalem adhibitum recte sese habere negemus quamvis multis locis, ubi oppositio non est, mutandum sit. Cf. Polit. 1287. b. 13: ἔτι δὲ καὶ πρότερον εἰρημένον ἔστιν, εἴπερ ὁ ἀνήρ ὁ σπουδαῖος διότι βελτίων, ἀρχειν δίκαιος, τοῦ δὲ ἐνὸς οἱ δύο ἀγαθοὶ βελτίους. Phys. 215. b. 12: τὸ δὲ κενὸν

\*) Cf. Buttmann I. I. p. 151.

\*\*) In ea sententia hoc confirmor, quod ἀλλά apud Aristotelem saepissime in apodosi post si adhibetur.

οὐδένα ἔχει λόγον φῶτερέχεται ἵπο τοῦ σώματος, ὅσπερ οὐδὲ τὸ μηδὲν πρὸς ἀριθμόν. εἰ γὰρ τὰ τέτταρα τῶν τριῶν ὑπερέχει ἐνὶ, πλείου δὲ τοῖν δυοῖν, καὶ ἔτι πλείου τοῦ ἐνὸς ἢ τοῖν δυοῖν, τοῦ δὲ μηδενὸς οὐκέτι ἔχει λόγον, φῶτερέχει. Phys. 225. a. 30: ταῦτά τε δὴ συμβαίνει δυσχερῆ \*), καὶ εἰ πᾶν τὸ κινούμενον ἐν τόπῳ, τὸ δὲ μὴ ὃν οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ εἴη γὰρ ἄν πον. quem locum recte sese habere eo apparel, quod Met. 1067. b. 35 eadem illa verba inveniuntur. Fortasse ex analogia eorum locorum etiam de anima 40δ. b. 7 δέ explicari potest. Verba v. 1—7 sunt: φαμὲν γὰρ τὴν ψυχὴν λυπεῖσθαι χαίρειν διαρρεῖν φοβεῖσθαι, ἔτι δὲ ὄργιζεσθαι τε καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ διανοεῖσθαι· ταῦτα δὲ πάντα κινήσεις εἶναι δοκοῦσιν. οἷον οἰηδείν τις ἀν αὐτὴν κινεῖσθαι· τὸ δούκικ ἔστιν ἀναγκαῖον. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι ἢ χαίρειν ἢ διανοεῖσθαι κινήσεις εἰσὶ, καὶ ἐκαστον κινεῖσθαι τούτων, τὸ δὲ κινεῖσθαι ἔστιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς. Bonitzius quidem δέ v. 7 in apodosi poni posse negans \*\*), verba inde a v. 5 usque ad v. 15 in unam periodum comprehendit. Sed videtur in verbis τὸ δὲ κινεῖσθαι ἔστιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς summa totius sententiae inesse, cum iis ea quae ante prolatā erant satis refutentur. Itaque nescio an cum Argyropulo, qui verba inde ab εἰ γὰρ ita vertit „nam et si quam maxime dolere vel gaudere vel ratiocinari motus sunt, vel potius moveri, tamen ipsum moveri ab anima est“ verba τὸ δὲ κινεῖσθαι ἔστιν ἵπο τῆς ψυχῆς pro apodosi habenda sint.

Δέ in apodosi alio modo usurpari vix putaverim, sed locis fere omnibus, ubi praeterea videtur inveniri, aut verba aliter conjungenda aut δέ in δῇ mutandum esse, primo obtutu appetit; multo rarius statuendae sunt anacoluthiae. Itaque rectissime Bonitzius post ἐπει in apodosi δέ adhiberi negans Pol. 1282. b. 21 \*\*\* ) aut δέ in δῃ mutandum aut δέ delendum aut anacolu-

\*) Editores post δυσχερῆ verba legunt: τῷ κινεῖσθαι τὸ μὴ ὃν, sed cum ineque in codicibus EH neque Metaph. 1067. b. 35, qui locus similissimus est, inveniantur, delenda esse censeo.

\*\*) Cf. Aristot. Studien II et III. p. 21—24.

\*\*\*) Cf. Aristot. Studien. II et III. p. 128.

thiam statuendam esse dixit. Maxime vero eo quod demonstravit, saepissime plures enuntiationes minoris ambitus in unam periodum comprehendendas esse, factum est, ut jam multo minus ad particulam δέ in apodosi statuendam cogamur. Causa enim cur ei rei tantum tribuendum sit haec est, ut utar verbis hominis illius egregii (v. observationes criticae. p. 30): „Peculiare est Aristotelis scribendi generi, ut saepissime ratiocinandi nexui cola interponat, quibus vel singula quaedam vocabula explicentur, vel argumenta ipsa altius repetantur et comprobentur. Itaque vix alia distinctione adeo saepe intelligentia librorum Aristotelis adjuvetur quam apte et suo loco adhibitis parenthesis signis, quibus legentes moneantur, quae interposita, διὰ μέσον εἰρημένα, et ab universae enuntiationis nexus sejungenda sint“. Itaque cum antequia illud negligebatur saepe protasis nihil habere videretur quo referretur, quin singulæ enuntiationes ne cohaerere quidem videarentur, nunc intelligitur saepe quidem enuntiata majoris ambitus statuenda esse, sed multo rarius, quam ante fiebat, anacoluthias atque apparet, Aristotelem, quamvis discrepet ab optimorum scriptorum elegantia et venustate, certis tamen in enuntiationibus conjungendis uti legibus.

Ut' illustrem, quam saepe parentheses statuendae sint, ex primo Politicorum libro exempla afferre liceat: 1252. a. 34—b. 6, ubi Bekkerus ita scripsit: φύσει μὲν οὖν διώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ δοῦλον. οὐδὲν γάρ ή φύσις ποιεῖ τοιοῦτον οίον χαλκοτύποι τὴν Δελφικὴν μάχαιραν πενιχρῶς, ἀλλ' ἐν πρός ἐν οὐτῷ γάρ ἀν ἀποτελοῦτο καλλιστα τῶν ὄργανων ἐκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις ἀλλ' ἐν δουλεῦον. ἐν δὲ τοῖς βαρβάροις τὸ θῆλυ καὶ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν ita conjungendae sunt enuntiations: φύσει μὲν οὖν διώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ δοῦλον (οὐδὲν γάρ ή φύσις ποιεῖ τοιοῦτον οίον χαλκοτύποι τὴν Δελφικὴν μάχαιραν πενιχρῶς, ἀλλ' ἐν πρός ἐν οὐτῷ γάρ ἀν ἀποτελοῦτο καλλιστα τῶν ὄργανων ἐκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις ἀλλ' ἐν δουλεῦον), ἐν δὲ τοῖς βαρβάροις τὸ θῆλυ καὶ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν. 1259. a. 37—b. 10: vulgo ita verba conjunguntur: ἐπεὶ δὲ τρία μέρη τῆς οἰκανομικῆς ήν, ἐν μὲν δεσποτική, περὶ ής εἱρηται πρότερον, ἐν δὲ πατρική, τρίτον δὲ γαμική καὶ γάρ γυναικός ἄρχειν κατέκνων, ὡς ἐλευθέριν μὲν

ἀμφοῖν, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ γνναικὸς μὲν πολιτικῶς, τέκνων δὲ βασιλικῶς· τό τε γὰρ ἄρρεν φύσει τοῦ Θῆλος ἡγεμονικώτερον, εἰ μὴ πον συνέστηκε παρὰ φύσιν, καὶ τὸ πρεσβύτερον καὶ τέλειον τοῦ νεωτέρου καὶ ἀτελοῦς, ἐν μὲν οὖν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ταῖς πλείσταις μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον ἐξ ἵσον γὰρ εἶναι βούλεται τὴν φύσιν καὶ διαφέρειν μηδέν. ὅμως δέ, ὅταν τὸ μὲν ἄρχῃ τὸ δ' ἄρχηται, ζητεῖ διαφορὰν εἶναι καὶ σχῆμασι καὶ λόγοις καὶ τιμαῖς, ὥσπερ καὶ Ἀμασίς εἴπε τὸν περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον. τὸ δ' ἄρρεν ἀεὶ πρὸς τὸ Θῆλν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. sed ita distinguendum est: ἐπεὶ δὲ τρία μέρη τῆς οἰκονομικῆς ἦν, ἐν μὲν δεσποτικῇ περὶ ἣς εἱρηται πρότερον, ἐν δὲ πατρικί, τρίτον δὲ γαμική (καὶ γὰρ γνναικὸς ἄρχειν καὶ τέκνων, ὡς Ἑλευθέρων μὲν ἀμφοῖν, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ γνναικὸς μὲν πολιτικῶς, τέκνων δὲ βασιλικῶς· τό τε γὰρ ἄρρεν φύσει τοῦ Θῆλος ἡγεμονικώτερον, εἰ μὴ πον συνέστηκε παρὰ φύσιν, καὶ τὸ πρεσβύτερον καὶ τέλειον τοῦ νεωτέρου καὶ ἀτελοῦς), ἐν μὲν οὖν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ταῖς πλείσταις μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον (ἐξ ἵσον γὰρ εἶναι βούλεται τὴν φύσιν καὶ διαφέρειν μηδέν. ὅμως δέ, ὅταν τὸ μὲν ἄρχῃ τὸ δ' ἄρχηται, ζητεῖ διαφορὰν εἶναι καὶ σχῆμασι καὶ λόγοις καὶ τιμαῖς, ὥσπερ καὶ Ἀμασίς εἴπε τὸν περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον), τὸ δ' ἄρρεν ἀεὶ πρὸς τὸ Θῆλν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Hoc loco apodosis, id quod saepissime fit, ex duabus partibus constat, quarum prior, si sententiam respicimus, subjuncta est alteri, ita ut hoc illud pertineat, quod Bonitzius: Aristotelische Studien II et III, pag. 91 dicit: „Bekanntlich werden durch μέν und δέ nicht selten Sätze einander grammatisch coordinirt, von denen dem Sinne nach der erstere im Verhältniss zum zweiten nur eine untergeordnete Stellung einnimmt. Derselbe Fall lässt sich öfters in solchen Perioden erkennen, deren durch μὲν οὖν eingeleiteter Nachsatz der Form nach aus zwei coordinirten Gliedern besteht, während dem Inhalte nach das zweite Glied die eigentliche Folgerung enthält und das erste nur eine Vorbereitung dazu ist.“

Simili modo atque loci quos attuli etiam difficilimus ille locus ex Politicis 1253. b. 23—33 fortasse explicari potest, de

quo dixit Rassowius: Weimarer Jahresbericht. 1864. pag. 5: ἐπεὶ οὖν ἡ κτῆσις μέρος τῆς οἰκίας ἔστι καὶ ἡ κτητικὴ μέρος τῆς οἰκονομίας (ἀνευ γὰρ τῶν ἀναγκαῖων ἀδένατον καὶ ζῆν καὶ εὖ ζῆν), ὥσπερ δὲ ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἀν εἴη ἵπαρχειν τὰ οἰκεῖα ὅργανα, εἰ μὲλλει ἀποτελεσθῆσεσθαι τὸ ἔργον, οὕτω καὶ τῶν οἰκονομικῶν. τῶν δὲ ὄργάνων τὰ μὲν ἀψυχα τὰ δὲ μψυχα, οἷον τῷ κυβερνήτῃ δὲ μὲν οἰαξ ἀψυχον δὲ πρωτεὺς ἐμψυχον δὲ γὰρ ὑπηρέτης ἐν ὄργάνον εἶδει ταῖς τέχναις ἔστιν. οὕτω καὶ τὸ κτῆμα ὅργανον πρὸς ζωὴν ἔστι, καὶ ἡ κτῆσις πλῆθος ὅργάνων ἔστι, καὶ δὲ δοῦλος κτῆμά τι ἐμψυχον, καὶ ὥσπερ ὅργανον πρὸ δόργανων, πᾶς δὲ ὑπηρέτης. Propriam enim hanc interpunctionem: ἐπεὶ οὖν ἡ κτῆσις μέρος τῆς οἰκίας ἔστι καὶ ἡ κτητικὴ μέρος τῆς οἰκονομίας (ἀνευ γὰρ τῶν ἀναγκαῖων ἀδένατον καὶ ζῆν καὶ εὖ ζῆν), ὥσπερ δὲ ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἀν εἴη ἵπαρχειν τὰ οἰκεῖα ὅργανα, εἰ μὲλλει ἀποτελεσθῆσεσθαι τὸ ἔργον, οὕτω καὶ τῶν οἰκονομικῶν, τῶν δὲ ὄργάνων τὰ μὲν ἀψυχα τὰ δὲ μψυχα, οἷον τῷ κυβερνήτῃ δὲ μὲν οἰαξ ἀψυχον δὲ πρωτεὺς ἐμψυχον (ό γὰρ ὑπηρέτης ἐν ὄργάνον εἶδει ταῖς τέχναις ἔστιν), οὕτω καὶ (hinc incipit apodosis) τὸ κτῆμα ὅργανον πρὸς ζωὴν ἔστι, καὶ ἡ κτῆσις πλῆθος ὅργάνων ἔστι, καὶ δὲ δοῦλος κτῆμά τι ἐμψυχον, καὶ ὥσπερ ὅργανον πρὸ δόργανων, πᾶς δὲ ὑπηρέτης. In ea constructione, quamquam concedo de nonnullis verbis singulis dubitari posse, hoc quidem non contra Aristotelis usum est, quod ἐπεὶ verbo οὕτω excipiatur: cf. ex eodem libro locum 1258. a. 31: ἐπεὶ δὲ στι μὲν ὡς τὸ οἰκονόμον καὶ τὸ ἀρχοντος καὶ περὶ ὑγείας ιδεῖν, ἔστι δὲ οὗδε οὐδὲ, ἀλλὰ τοῦ ιατροῦ, οὕτω καὶ περὶ τῶν χρημάτων ἔστι μὲν ὡς τὸν οἰκονόμον, ἔστι δὲ οὗδε οὐδὲ, ἀλλὰ τῆς ὑπηρετικῆς.

Sed quamquam compluribus enuntiationibus in unum ambitum comprehendendis permulti loci, qui primo aspectu offendunt, sanari possunt, tamen nonnullis locis illud remedium non sufficit atque mutatione opus est; maxime δέ in δή mutandum est, quas particulas saepissime alterā cum alterā confusas esse constat. Ejus rei exempla duo afferre liceat: Rhetor. 1378. b. 10—15 vulgo legitur: ἐπεὶ δὲ ἡ ὀλυγωρία ἔστιν ἐνέργεια δόξης περὶ τὸ μηδενὸς ἀξιον φαινόμενον καὶ γὰρ τὰ κακά καὶ τὰ-

γαθὰ ἄξια οἰόμενα σπουδῆς εἶναι, καὶ τὰ συντείνοντα πρὸς αὐτά δσα δὲ μηδέν τι ἡ μικρόν, οὐδενὸς ἄξια ὑπολαμβάνομεν. τρία δέστιν εἴδη ὀλυγωρίας καταφρόνησις τε καὶ ἐπηρεασμὸς καὶ ὕβρις sed scribendum est: ἐπεὶ δὴ ὀλυγωρία ἔστιν ἐνέργεια δόξης περὶ τὸ μηδενὸς ἄξιον φαινόμενον (καὶ γὰρ τὰ πακὰ καὶ τάγαθὰ ἄξια οἰόμενα σπουδῆς εἶναι, καὶ τὰ συντείνοντα πρὸς αὐτά δσα δὲ μηδέν τι ἡ μικρόν, οὐδενὸς ἄξια ὑπολαμβάνομεν), τρία δὴ ἔστιν εἴδη ὀλυγωρίας καταφρόνησις τε καὶ ἐπηρεασμὸς καὶ ὕβρις. Ethic. 1118. b. 21 \*), ubi legitur: περὶ δὲ τὰς ιδίας τῶν ἡδονῶν πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἀμαρτάνοντις τῶν γὰρ φιλοτοιούτων λεγομένων ἡ τῷ χαίρειν οἵς μὴ δεῖ, ἡ τῷ μᾶλλον, ἡ ὡς οἱ πολλοὶ ἡ μὴ ὡς δεῖ, κατὰ πάντα δ'οἱ ἀκόλαστοι ὑπερβάλλοντις, post πάντα non particula δέ, quae opponit, locum habet, sed δὴ, quae ea comprehendat quae antecedunt, ita ut lectio codicis Mb δὴ recipienda sit. Hoc vero haud raro in libris Aristoteleis invenias, quod codices quidem nonnulli verum praebeant, editores autem philosophi dicendi usu neglecto alios secuti sint. Sed jam videtur satis disputatum esse de particulā δέ in apodosi; ut summam sententias meae paucis verbis comprehendam: δέ in apodosi usurpatur aut ita ut repetatur apud demonstrativum cum antecesserit apud relativum (huc eos quoque locos refero, quibus μέν —, μέν —, δέ —, δέ invenitur) aut post demonstrativum, cum non antecesserit, sed enuntiatio demonstrativa quodammodo opponatur relativae, aut post particulam ei, ubi apodosis opposita est protasi; ita ut illum usum certis quibusdam finibus circumscriptum esse censem.

Per anacoluthiam quandam δέ haud raro usurpatur, ubi ex enuntiatione relativa repentinō transitur in relativam. Physic. 208. b. 35: οὐ γὰρ ἀνεν τῶν ἄλλων οὐδέν ἔστιν, ἐκεῖνο δ' ἀνεν τῶν ἄλλων, ἀνάγκη πρῶτον εἶναι. Phys. 260. b. 18, qui locus fere eodem modo comparatus est: λέγεται δὲ πρότερον, οὐ τε μὴ ὅπτος οὐκ ἔσται τάλλα, ἐκεῖνο δ' ἀνεν τῶν ἄλλων. Ea autem anacoluthia, cui praecepit in notionibus definiendis locus est, saepius tantum modo in Metaphysicis et Physicis invenitur.

\* ) v. de hoc loco M. Vermehren. Aristot. Schriftstellen. p. 24—26.

Nonnullis locis δέ ita sententia negativa antecedente adhibetur, ut eandem quam vulgo ἄλλα habet vim accipiat. Pol. 1326. a. 12: δεῖ δὲ μᾶλλον μὴ εἰς τὸ πλῆθος εἰς δὲ δύναμιν ἀποβλέπειν. Met. 1061. a. 23: μὴ τοῦ ὅλου λόγον, τοῦ τελεταίου δὲ εἰδοντας. de anima 409. b. 28: οὐκ ἔστι δὲ μόνα ταῦτα, πολλὰ δὲ καὶ ἔτερα, μᾶλλον δύσως ἀπειρα τὸν ἀριθμόν, τὰ ἐκ τούτων. eam autem dicendi rationem non Aristoteli propriam esse locis demonstratur, quos Klotzius in l. annot. ad Devarium 4, 360, 361 ex aliis scriptoribus affert.

Particulae καὶ—δέ conjunctae, in quibus quodammodo offendimus, quia altera particula conjungit altera opponit, ab omnibus scriptoribus adhibentur, quamquam non pari numero. Raro ut exemplum afferam a Thucydide v. Krüger. ad Thucydid. I. 132. 4, saepe ab Aristotele, maxime in Ethicorum libro quarto octavo nono decimo. Adjungit autem καὶ—δέ rem novam, saepe tam leni modo, ut idem fere valeat atque τέ \*). Etiam saepius quam Aristoteles Theophrastus iis particulis utitur, id quod maxime de Characteribus valet \*\*), si libri ambitum respicimus. Difficilior est judicatu de particulis οὐδέ—δέ, Bonitzius enim videtur negare illas particulas omnino conjungi posse, cum in l. observationes criticae in Aristotelis quae feruntur Magna Moralia et Ethica Eudemia. pag. 12 ad Magn. Mor. 1190. b. 28: οὐδὲ Σωκράτης δὲ ὁρθῶς ἐλεγεν haec dicat: „Non videtur post οὐδέ eidem enuntiationis membro recte addi posse particula δὲ, addenda potius erat particula δῆ, id quod plurimis iisdem simili mis exemplis ejusdem scriptoris colligi potest. cf. 1183. a. 3, 1185. b. 12, 1190. b. 34, 37, 1191. a. 10, 15, 21, b. 10, 1192. a. 19, 24. al.“ Sed duo habeo, quae contra dicam, alterum quod Krügerus cf. Griechische Sprachlehre I, §. 69. 32. 10 probat, οὐδέ—δέ simili modo atque καὶ—δέ dici, alterum quod apud Aristotelem ipsum quamquam non multis, nonnullis tamen locis invenitur: v. de anima 427. b. 11: οὐδὲ τοῦτο

\*) Propter eam ipsam causam maxime in rebus describendis ad singulas partes conjungendas adhibetur. cf. pag. 18.

\*\*) Invenitur enim in historia plantarum centies fere, in Characteribus plus septuagies.

**δέστι ταῦτὸ τῷ αἰσθάνεσθαι.** Metaph. 1066. b. 34: οὐδὲ ἐν δὲ καὶ ἀπλοῦν ἐνδέχεται τὸ ἄπειρον εἶναι σῶμα (sed codex A<sup>b</sup> δέ omittit); Ethic. 1120. a. 31: οὐδὲ λήψεται δὲ ὅθεν μὴ δεῖ (vide sententiam contrariam 1120. b. 30: καὶ λήψεται δὲ ὅθεν δεῖ καὶ ὅσα δεῖ.); v. Theoph. hist. pl. IX. 16. 7: οὐδὲ κεκτῆσθαι δὲ ἔξεῖναι. Quae cum ita sint puto illum usum non abjudicari posse ab Aristotele.

Particulae δὲ γέ \*) conjunctae his locis apud Aristotelem usurpantur: Metaph. 1037. a. 26, b. 24, 1038. a. 21, 1047. b. 12, 19, 1050. a. 16, 1062. a. 4, 1072. b. 26, 1074. a. 33 (in libris prioribus δὲ γέ non inveniri apparet). Phys. 193. b. 18, 211. a. 28, 215. b. 27, 216. b. 18, 218. b. 2, 267. b. 24. Pol. 1277. b. 28, 1294. b. 5, 1295. b. 25. Eth. 1130. a. 14, 21. de anima 433. a. 9. In libris subditiciis videntur particulae δὲ γέ non multo saepius usurpari praeter Magna Moralia, ex quibus hoc locos collegi: 1182. b. 23, 1184. b. 27, 1188. a. 30, 1189. b. 13, 1190. a. 28, 1192. b. 24, 28, 36, 1193. b. 28, 30, 1194. b. 21, 1195. b. 21, 31, 1199. a. 4, 23, 1201. a. 4, 14, 29, 33, 1203. a. 9, 1204. b. 14, 33, 1206. b. 39, 1207. a. 10. **δ'οὖτ** \*\*) ab Aristotele usurpari rectissime Vahlenius demonstravit, cf. Beiträge zu Aristoteles Poetik pag. 45, v. praeter lecos, quos ille affert: Eth. 1158. b. 1, 1180. a. 14 (εἰ δ'οὖτ); 1163. b. 1 Fritschius cum codice K<sup>b</sup> δ'οὖτ scripsit. Sed multo saepius Theophrastus iis particulis conjunctis utitur, cf. histor. pl. III. 3. 6, 7. 6, 8. 2, IV. 3. 5, 4. 9, 12. 3, VI. 2. 7, VII. 1. 5, IX. 8. 1, 2, 14. 1.

Particula ἀλλαί, ut ad eam transeam, satis multis locis ab Aristotele post enuntiatum conditionale adhibita est. Cf. Phys. 190. a. 15: εἰ καὶ αἱθρῷ ἐστὶν ἐν, ἀλλ' εἴδει γε οὐχ ἐν. Rhet. 1368. a. 24: διό καν μὴ πρὸς τοὺς ἐνδόξους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλους δεῖ παραβάλλειν, ἐπείπερ η ὑπεροχὴ δοκεῖ μηνύειν ἀρετὴν, al. loc., cf. Vahlen. Sitzungsberichte der Kaiserlichen Akademie zu Wien. Philos.-histor. Classe vol. 38. pag.

\*) Cf. Hartung. I. l. I. 400, 401.

\*\*) v. Klotz. I. l. pag. 447—450. Bäumlein. Untersuchungen über griech. Partikeln. pag. 190, 191.

*invenitur* 89. Cum nonnullis particulis ἀλλά conjunctum invenitur. Sic ἀλλά μήν vid. pag. 8 sqq. ἀλλ' ἄρα vid. quae de particula ἄρα infra afferam. ἀλλά γάρ \*): Polit. 1264. a. 36, 1275. b. 13 (ubi verbum interponitur), 1282. b. 8, 1323. b. 36. Metaph. 989. b. 21. Phys. 253. a. 20. ἀλλ' οὖν \*\*) raro adhibetur: Metaph. 1050. a. 2, Phys. 214. a. 6; Poet. 1461. a. 1 Bonitzius, cf. Aristotelische Studien. I. 99, scripsit ἀλλ' οὖν pro ἀλλ' οὐ, quod vulgo legitur. In libris pseudoaristoteleis ἀλλ' οὖν nonnullis locis post enuntiationem conditionalem in usum venit \*\*\*). Ethic. Eudem. 1216. b. 1: καν εἰ μὴ πάντες εἰς τὴν εὐδαιμονίαν, ἀλλ' οὖν οἱ λόγοι ἄξιοι, Magn. Moral. 1207. b. 13: ὁστ' εἰ καὶ ή τοιαύτη ἐστὶν εὐτυχία, ἀλλ' οὖν πρός γε τὴν εὐδαιμονίαν ή τοιαύτη ἀν εἴη εὐτυχία οἰκειοτέρα. de mundo 397. b. 12. Locutiones οὐ μέντοι ἀλλά et οἱ γάρ ἀλλά apud Aristotelem non inveniuntur, contra Magn. Moral. 1209. a. 15 οὐ γάρ ἀλλά adhibetur; de οὐ μὴν ἀλλά v. pag. 9. ἀλλ' ή, de quibus particulis accuratissime Bäumleinius, cf. Griechische Partikeln p. 1—7, disputat, saepius in omnibus scriptis usurpatur. Metaph. 981. a. 18 πλὴν ἀλλ' ή vulgo legitur: οὐ γάρ ἀνθρωπος ὑγιαίνει ὁ ιατρεύων, πλὴν ἀλλ' ή κατὰ συμβεβηκός, quem locum explicare studuit Klotzius l. l. pag. 50 et 725. Sed cum neque ullo alio loco ea ut ita dicam tautologia inveniatur neque πλὴν in cod. A b D b H b insit, non dubito quin Brandisius rectissime πλὴν omiserit. Videtur autem in libris Aristoteleis saepius factum esse, ut particula quaedam ad aliam explicandam adscripta falso in textum irrepserit, ita ut duae quae idem significant in codicibus insint. Occasione oblata affero post πλὴν paucis locis per pleonasmum quendam negationem ponи, ubi supervacanea est. Cf. Eth. 1124. b. 30: διὸ καὶ ἀληθευτικός, πλὴν ὅσα μὴ δί εἰρωνείαν, de anima 406. b. 8: οὐ δεῖ δὲ φ τὸ οὐφ' ἔαντον κυνεῖσθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ, τοῦτον ἵπ' ἀλλον κυνεῖσθαι, πλὴν εἰ μὴ

\*) Hermann. Viger. edit. IV. pag. 810.

\*\*) v. Hartung. l. l. II. pag. 20.

\*\*\*) Apud Theophrastum οὐ μὴν ἀλλ' οὖν invenitur hist. plant. I. 9. 1: ἔνια δὲ θεῶντος σχίζεται οἷον ή μηλέα τὰ δὲ πολύκλαδα καὶ μείζω τὸν δῆκον ἔχει τὸν ἄνω καθάπερ ρόσα. οὐ μὴν ἀλλ' οὖν μέγιστά γε συμβάλλεται πρός ἔκαστον ή ἀγωγή καὶ ὁ τόπος καὶ η τροφή.

*κατὰ συμβεβηκός* (neque vero μή in optimo codice E inest), cf. Devarii lib. de Graecae linguae particulis ed. Klotz. pag. 189, 190.

De particulis μέντοι et καίτοι primum moneo, singula scripta eodem fere modo atque in particula μή adhibenda mire inter se distare. Cum enim et μέντοι et καίτοι in Metaphysicis, Physicis, Politicis saepissime usurpentur, multo rarius in ceteris inveniuntur, maxime in Rhetoricis; in Metaphysicis enim μέντοι septies et tricies, καίτοι quater et quinquagies reperitur, in Rhetoricis\*) μέντοι quater, καίτοι quinque. Videntur igitur eae particulae atque etiam μή magis ad dicendi rationem in libris Metaphysicis et Physicis (ad quos I. Politici multo proprius accedunt quam ad cetera scripta) adhibitam quadrare quam ad ceteros libros. Tum dicendum est de particula γέ post μέντοι et καίτοι usurpata. Neque enim quod de collocatione ejus particulae post verbum μή vidimus, cf. pag. 9, etiam ad καίτοι et μέντοι pertinet. Nam haud raro duo verba interponuntur, etiam articulus cum substantivo, cf. Metaph. 1033. b. 31, Phys. 246. a. 8, quin etiam nullo verbo interposito γέ sequi potest\*\*). Sed quid quoque loco scribendum sit haud facile est dijudicatu, quia codices valde inter se dissentunt, cum saepius et alii γέ habeant alii omittant et alii aliter collocata verba praebent. Loci, quibus optimi codices γέ habent, hi sunt: καίτοι-γέ uno vel duobus verbis interpositis: Ethic. 1132. b. 25 (γέ omittit Lb), 1134. b. 28, 1144. a. 116, 1181. b. 3; Polit. 1261. b. 9, 1264. a. 13, 1270. b. 39, 1271. a. 16; de anim. 410. b. 20 (καίτοιγέ X); Metaph. 981. b. 10, 988. a. 1 (καίτοιγέ T), 1010. a. 17, 1010. a. 35 (καίτοιγέ EST), 1089. b. 27; Phys. 224. a. 5, 226. a. 34. μέντοι-γέ: Metaph. 1026. a. 11, 1033. b. 31;

\*) De dicendi ratione, quae in Rhetoricis invenitur, cum hoc loco disserere longum sit, accuratius dicam sub finem hujus opusculi.

\*\*) Differunt scriptores ea re, cum alii γέ post μέντοι et καίτοι non adhibeant nisi verbo interposito, ex quibus affero Thucydidem, cf. Krüger. ad Thucyd. I. I. 3. 2, alii eam legem non sequantur, velut Plato, cf. Ast. lexic. Plat. II. 304, et Xenophon, cf. Klotz. annot. ad Devar. pag. 654, 655.

Phys. 246. a. 8 (I d γέ omittunt). Contra καίτοι γε nullo verbo interposito: Metaph. 1008. b. 23 (καίτοι-γέ cod. ES quos secutus est Brandisius), 1061. a. 20, 1092. b. 7 (ubi quamquam T Ab Gb Ib γέ praebent, praeter Bonitzium omnes editores omiserunt); Poet. 1454. a. 21. μέντοιγε: Polit. 1259. a. 29; de anim. 403. a. 14 (VW γέ omittunt, X μέντοι-γέ); Metaph. 987. b. 22; Phys. 200. a. 9 (F omittit γέ), 229. a. 18 (FI omittunt γέ). Modo in deterioribus codicibus γέ his locis invenitur: καίτοι-γέ: Met. 1012. b. 4 (γέ om. S Ab Alex.); Phys. 196. b. 4 (γέ om. E). καίτοιγε: de anim. 407. b. 32 (γέ om. E); Metaph. 1021. b. 1 (γέ modo in codice E, qui exiguam in libris Metaphysicis habet fidem, v. Bonitz, praef. ad Metaph. p. XVI), 1063. a. 33 (γέ om. Ab et Alex.). μέντοιγε: Metaph. 987. b. 13 (γέ om. Ab), 1020. a. 25 (γέ modo in cod. Hb), 1025. a. 15 (γέ modo in cod. I). Apparet igitur maxime in codicibus deterioribus γέ post μέντοι et καίτοι nullo verbo interposito inveniri, ita ut librarii ei verborum collocationi indulsisse videantur. Attamen cum satis multis locis in optimis codicibus μέντοιγε et καίτοιγε insit, dubium esse nequit, quin Aristoteles ipse ea modo verba collocaverit.

Particula ἀτάρ, de qua cf. Hartung. l. l. I. 442, 443, Bäumlein. Griechische Partikeln pag. 53, Ast. lexicon Plat. I. 299, apud Aristotelem omnino non invenitur; apud Theophrastum in historia plantarum semel: IX. 20. 3: ὁ δὲ ὀπός ισχυρότερος αὐτῆς καθαιρεῖ καὶ ἄνω καὶ κάτω σπέρματι δὸν χρῶνται, γίνεται δὲ καὶ ἀλλοδι μὲν, ἀτάρ καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Quae cum ita sint, manifestum est, quam temere Mullachius de Xenoph. 979. b. 4 e conjectura scripserit ἀτάρ; quod enim ad sententiam confirmandam de Platonis usu affert, neque ad Aristotelem neque ad libros pseudoaristoteeos quidquam valet. Quanta igitur in textu librorum Aristoteleorum emendando opus sit cautione apparet.

## Cap. IV.

## De particula δη.

De particula δη cum rectissime Krischius, cf. Göttinger gelehrte Anzeigen 1834. pag. 1885, dicat: „Der Gebrauch der Partikel δη fordert in den Schriften des Denkers eine ganz besondere Berücksichtigung, insofern er in seine wissenschaftliche Darstellung tief eingreift“, accuratius mihi dicendum esse puto. De origine quidem et prima significatione ejus particulae, de qua re valde dissentunt grammatici \*), non opus est ut dicatur, cum ex Aristotele ipso satis appareat, quali significatione particula apud eum utatur; sed in hac re summa inest difficultas quod δη permultis rationibus inter se diversis usurpatur. Primum enim distinguendum est, utrum δη solum adhibeatur an cum alia particula, sicut καὶ, οὐδέ, γάρ cet., coniunctum, tum si sine alia particula adhibetur, utrum ad unum tantum verbum referatur an totius enuntiationis rationem afficiat; illud apud Aristotelem satis raro invenitur hoc saepissime.

Uni verbo addita particula δη illius vim urget: Polit. 1258. b. 40: ἐπεὶ δὲ στὸν ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τούτων, οἷον Χάρητι δὴ τῷ Παρίῳ καὶ Ἀπολλοδότρῳ τῷ Λημνίῳ περὶ γεωργίας sqq., cum vero δη nullo loco simil modo usurpatum apud Aristotelem inveniatur, locus videtur corruptus esse; fortasse legendum est: Χάρητι τε. Eth. 1149. a. 34: ὁ μὲν γὰρ λόγος ἡ ἡ φαντασία ὅτι ὑβρις ἡ ὀλγωρία ἐδῆλωσεν, ὁ δὲ σπερ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιούτῳ πολεμεῖν χαλεπαίνει δη εὐθὺς, sed δη codice Kb solo praebetur neque similes loci inveniuntur. Itaque nescio an Krischio assentiendum sit, qui, cf. Jenaische allgemeine Literaturzeitung 1835. N. 231. pag. 415, de hoc loco dicit: „Bekker hat χαλεπαίνει δη εὐθὺς nach dem Kb gesetzt, wo δη durchaus unstatthaft ist“. Hoc solum modo videtur particula δη unius verbi vim augere, ut cum duae notiones particulis τέ καὶ conjugantur, δη priori membro addatur; cf. Krtiger. ad Thucyd.

\*) Cf. Hartung. Lehre von den Partikeln I. 245, Klots. I. l. pag. 392 sqq., Heller: Philolog. VIII. 277, 288, 291, Bäumlein. Untersuchungen über griech. Partikeln. pag. 98.

VII. 13. 3. Cf. Metaph. 1045. a. 14—16: *τι οὖν ἔστιν ο ποιεῖ ἐν τὸν ἀνθρώπον, καὶ διὰ τι ἐν ἄλλῳ οὐ πολλά, οἷον τό τε ζῷον καὶ τὸ δίπονν, ἄλλως τε δὴ καὶ εἰ ἔστιν, ὥσπερ φασίν τινες, αὐτό τι ζῷον καὶ αὐτὸ δίπονν; Pol. 1299. a. 33: μᾶλλον ἀν τις ἀπορήσει πρὸς ἀπασάν τε δὴ πολιτείαν καὶ δὴ καὶ τὰς μικρὰς πόλεις. Metaph. 983. b. 25.*

Sed multo saepius δὴ totam enuntiationem afficit, quod si sit ea significatio, ex qua apud Aristotelem quidem ceterae omnes derivari possunt, haec est, ut rem vel sententiam, quam scriptor profert, manifestam esse indicet. Cum vero scriptori duae causae sint, quibus quid manifestum est, altera quia jam de eo dixit, altera quia res ita comparata est, ut nemo de ea dubitare possit, ad utrumque illustrandum particula δὴ usurpatur; cf. Krische. Göttinger gelehrte Anzeigen 1834. pag. 1885: „Da nämlich, wo Aristoteles Sätze die sich entweder auf früheren, namentlich in Schriften, anderen Inhalts, gelieferten Auseinandersetzungen gründen, oder mit Nothwendigkeit aus der Consequenz seiner Lehre ergeben, voranstellt, um daran Folgerungen, oder neue Forschungen anzuknüpfen, leitet er mit δὴ ein, in der Voraussetzung einer allgemeinen Zustimmung“. Pauca exempla attulisse satis erit: Ethic. 1130. b. 8: *ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους, καὶ ὅτι φέστη τις καὶ ἐτέρα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν, δῆλον· τις δὲ καὶ ὅποια τις ληπτέον. διώρισται δὴ τὸ ἄδικον τό τε παράνομον καὶ τὸ ἀνιστον, τὸ δὲ δίκαιον τό τε γόμμυμον καὶ τὸ ἴσον* (dixerunt de eo loco Spengel. Münchener gelehrte Anzeigen vol. 34 pag. 445 sqq. et M. Vermehren. Aristotelische Schriftstellen untersucht pg. 39 sqq.); Metaph. 1064. b. 32, cum antecedant verba: *ὅτι δ'οὐδὲ ἐνδεχόμενόν ἔστιν εἶναι τοῦ συμβεβηκότος ἐπιστήμην, φανερὸν ἔσται πειραθεῖσιν ἰδεῖν τί ποτ' ἔστι τὸ συμβεβηκός, quasi fundamentum eorum quae sequuntur aliquid praemittit, quod apud omnes constat: πᾶν δὴ φαμεν εἶναι τὸ μὲν αὐτὸν καὶ ἐξ ἀνάγκης (ἀνάγκης δὸν τῆς κατὰ τὸ βίαιον λεγομένης, ἄλλ' ἢ χρώμεθα ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀποδείξεις), τὸ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δ'οὐδὲ τὸς ἐπὶ τὸ πολὺ οὐτ' αὐτὸν καὶ ἐξ ἀνάγκης ἄλλ' ὅπως ἔτυχεν. Prorsus similī modo δὴ usurpatur Phys. 234. a. 5: ἀνάγκη δὴ τὸ αὐτὸν εἶναι τὸ νῦν τὸ ἔσχατον ἀμφοτέρων τῶν χρόνων. Huc etiam*

δὴ post interrogationem adhibitum pertinet; cf. Metaph. 1053. b. 33: ἀλλὰ τίνων; δῆλον δὴ ὅτι χρωμάτων. Phys. 229. b. 29: ἀλλὰ τοῦτο νῦν λέγεται ἀπλῶς πότερον γὰρ τῇ ἐνταθοῖ μονῇ η ἐκ τούτου η η εἰς τοῦτο κίνησις αντίκειται; δῆλον δὴ ὅτι, ἐπεὶ ἐν δυσὶν η κίνησις ὑποκειμένοις, τῇ μὲν ἐκ τούτου εἰς τὸ ἐναντίον η ἐν τούτῳ μονή, τῇ δὲ τούτωντίον εἰς τοῦτο η ἐν τῷ ἐναντίῳ. (δῆλαδὴ conjunctum \*) ab Aristotele non adhibetur).

Ubi vero ea proxime antecedunt ex quibus apparet, enuntiationem, in qua δὴ positum est, manifestam esse, elucet quam facile δὴ talem vim accipere possit, ut illa comprehendere videatur. Cf. Pol. 1255. a. 4—9: διχῶς γὰρ λέγεται τὸ δούλευεν καὶ ὁ δούλος. ἔστι γάρ τις καὶ κατὰ νόμον δούλος καὶ δούλευων ὁ γὰρ νόμος ὄμολογία τις ἔστιν, ἐν φάσι κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναι φασιν. τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον πολλῷ τῶν ἐν τοῖς νόμοις ὥσπερ ῥήτορα γράφονται παρανόμων εἴδῃ. Pol. 1329. b. 7—15: τὰ δὲ περὶ τὴν Ἰταλίαν πολλῷ παλαιότερα τοίτων. φασὶ γάρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων Ἰταλόν τινα γενέθας βασιλέα τῆς Οἰνωτρίας, ἀφ'ον τό τε δνομία μεταβαλόντας Ἰταλὸν ἀντ' Οἰνωτρὸν κληδηναὶ καὶ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης Ἰταλίαν τούτομα λαβεῖν, ὅση τετύχηκεν ἐντὸς οὗτα τοῦ κόλπου τοῦ Σκυλλητικοῦ καὶ τοῦ Λαμητικοῦ ἀπέχει γὰρ (de hoc γάρ v. Klotz. ann. ad Devar. 238, 239) ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὅδὸν ἡμεσείας ἡμέρας. τοῦτον δὴ λέγοντοι τὸν Ἰταλὸν νομάδας τοὺς Οἰνωτροὺς ὄντας ποιῆσαι γεωργούς εἴδῃ. Simili modo δὴ saepius post οὕτω, ὄμοιώς, τοιοῦτος invenitur, v. Krische. Jenaische allg. Lit. 1835. N. 231. pag. 414—16. Cf. Ethic. 1106. b. 5, 1120. a. 3; Phys. 266. a. 19. Quamquam autem οὕτω δὴ et ὄμοιώς δὴ (atque οὕτω δὴ καὶ et ὄμοιώς δὴ καὶ) ab οὕτω δὲ et ὄμοιώς δὲ (atque οὕτω δὲ καὶ et ὄμοιώς δὲ καὶ) ita differunt, ut illud aliquid comprehendendi \*\*), hoc novi aliquid quod simile sit affiri indicet, tamen rectissime Bonitzius in l. Aristotelische Studien I. 82 ad locum de Xen. pag. 977. b. 8

\*) Cf. Hartung. l. l. I. 286.

\*\*) Simili modo invenitur: ὄμοιώς τοίνυν καὶ: Polit. 1276. b. 28, 1287. a. 16; Physa. 217. a. 81; ὄμοιώς οὖν καὶ: Magn. Moral. 1211. a. 30.

hoc dicit: „es ist eben so wohl möglich, dass durch die einleitende Partikel die zusammenfassende Folgerung aus dem Vorgehenden ( $\tauὸ τοιοῦτο$ ) betont wird ( $\deltaῆ$ ), als dass durch sie der Uebergang bezeichnet wird ( $\deltaέ$ ) zu dem nun auszusprechenden neuen Satze.“ Talibus igitur locis auctoritas optimorum codicum sequenda est; neque vero in omnibus scriptis ii codicēs, qui in universum videntur optimi esse, etiam in ea re eadem sunt praestantia, sic, ut exemplum afferam, in Ethicis Nicomacheis ubicunque agitur, utrum  $\deltaῆ$  an  $\deltaέ$  scribendum sit, codex Mb ceteris omnibus preferendus est. Eadem fere significatione  $\deltaῆ$  utitur ea quae in eodem enuntiato antecedunt comprehendi indicans; cf. Metaph. 1005. b. 17—23: ὅτι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη πασῶν βεβαιοτάτη ἀρχή, δῆλον· τις δέστιν αὐτῇ, μετὰ ταῦτα λέγωμεν. τὸ γὰρ αὐτὸ ἄμα ὑπάρχειν τε καὶ μὴ ὑπάρχειν ἀδύνατον τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ αὐτό (καὶ ὅσα ἄλλα προσδιορισμένα ἔν, εστι προσδιωρισμένα πρὸς τὰς λογικὰς δυσχερείας) αὐτῇ δὴ πασῶν ἐστὶ βεβαιοτάτη τῶν ἀρχῶν. Pol. 1334. b. 5: πῶς δὲ καὶ διὰ τίνων ἐσται, τοῦτο δὴ θεωρητέον. Phys. 226. a. 11: ὅσπερ τὸ ἄλλοιωτὸν ἡ σῶμα ἡ ψυχή, οὕτω δὴ τὸ γινόμενον κίνησις ἡ γένεσις \*).

Saepius autem  $\deltaῆ$  ita usurpatum, ut conclusionem significet, neque quidquam in ea re inest quod offendit, cum id, quod ex iis quae proxime antecedunt clarum est, saepissime ex iis efficiatur. Cf. Ethic. 1110. a. 15—18: πράττει δέκων. καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὄργανα μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐν αὐτῷ ἐστίν· ὃν δὲν αὐτῷ ἡ ἀρχὴ, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ

\*) Scriptores latini eodem modo „igitur“ adhibent; cf. Lucreti de rerum natura l. IV. v. 513—521:

denique ut in fabrica, si pravast regula prima,  
normaque si fallax rectis regionibus exit,  
et libella aliqua si ex parti claudicat hilum,  
omnia mendose fieri atque obstipa necesse est  
prava cubantia prona supina atque absconsa tecta,  
iam ruere ut quaedam videantur velle, ruantque  
prodita iudiciis fallacibus omnia primis,  
sic igitur ratio tibi rerum prava necessest  
falsaque sit, falsis quae cumque ab sensibus ortast.

*κράττειν καὶ μὴ ἐκούσια δὴ τὰ πουαῖτα.* Ethic. 1159. a. 17: *οὐδὲ δι' αὐτὸ δἰοίκασιν αἴρεσθαι τὴν τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός χαίροντο γὰρ οἱ μὲν πολλοὶ ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς εὖονοιαις τιμωμένοι διὰ τὴν ἐλπίδα· οἰονται γὰρ τενέσθαι πάρ' αὐτῶν, ἀν τον δέσνεται· ὡς δὴ σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίροντο τῇ τιμῇ. οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἐπιεικῶν καὶ εἰδότων ὀργόμενοι τιμῆς βεβαιώσθαι τὴν οἰκείαν δόξαν ἐφίενται περὶ αὐτῶν· χαίροντο δὴ ὅτι εἰσὶν ἀγαθοί, πιστεύοντες τῇ τῶν λεγόντων χρίσι. Eodem modo saepeissime δὴ id comprehendit, quod ex inquisitione quadam longiore efficitur \*). Cf. Ethic. 1110. b. 15: *εἴπει δὴ τὸ βίαιον εἶναι οὐ δξωθεν ή ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένον τοῦ βιασθέντος.* Ethic. 1179. a. 17; Metaph. 1069. b. 32.*

Haud raro in iisdem locutionibus δή, ἄρα, τοίννν, οὖν adhibentur, sic cum de pluribus rebus dixerit, ad postremam transiturus fere promiscue iis particulis utitur. Cf. *λείπεται δὴ:* Ethic. 1098. a. 3; Phys. 229. a. 27, 240. b. 28; Pol. 1281. b. 31 al.; *λείπεται τοίννν:* Phys. 201. b. 35; Pol. 1284. b. 32, 1329. a. 13, 1338. a. 21 al.; *λείπεται οὖν:* Phys. 232. b. 18 al. Ut indicet, aliquid ex causis quibusdam manifestum esse, adhibet (pauca exempla e multis affero): *φανερὸν δὴ:* Eth. 1151. a. 27, Pol. 1334. b. 12, Metaph. 1033. b. 16, 1043. a. 12, 26; Phys. 200. a. 30 al.; *δῆλον δὴ:* Metaph. 1068. a. 27 al.; *φανερὸν τοίννν:* Pol. 1259. b. 18, 1260. a. 2, b. 3, 1261. b. 6, 1279. a. 17, 1280. b. 29, 1286. a. 14, 1290. a. 5, 1327. b. 36, 1341. a. 5 al.; *δῆλον τοίννν:* Pol. 1260. a. 7, 1326. b. 23 al.; *δῆλον ἄρα:* Pol. 1295. b. 35, 1325. a. 5; Metaph. 1051. a. 17, Phys. 197. a. 5. Occasione oblata addo, in Ethicis Nicom. inveniri: *εἴτε δὴ—εἴτε 1114. b. 16, 1172. a. 13; εἴτε τοίννν—εἴτε 1165. a. 13; εἴτε οὖν—εἴτε 1176. a. 26.* Etiam in apodosi, maxime post ἐπει et ei, δὴ prorsus eodem modo atque ἄρα et τοίννν (*τοίννν rarius*) adhiberi optime Bonitzius demonstravit, v. exempla, quae ille collegit, Aristotelische

\*) Cf. Schwegler edit. Metaphys. IV. pag. 20: „Ungemein häufig steht δὴ bei Arist. in logisch recapitulirender Bedeutung, wenn eine längere Beweisführung abgeschlossen und im Resultat zusammengefasst wird.“

Studien II et III. pag. 25, 29, 30, 33, 64, ut de ea re quidquam addere non opus sit. Sed hoc videtur monendum esse, particulam δῆ vi consecutiva in aliis libris saepissime; in aliis satis raro uti. Saepissime enim ita adhibetur in Ethicorum libris VIII. IX. X. rarius in III et IV, nonnullis tantum locis in I. II. V. VI. VII; Metaphysica, Physica, libri de anima quasi in medio posita sunt inter postremos Ethicorum libros et Rhetorica, Poetica, Politica, ubi rarissime δῆ eam significationem habet. Quae cum ita sint in his scriptis aut aliam particulam locum particulae δῆ obtinere opus est aut totam dicendi rationem aliam esse, illud factum est in Politicis, ubi τοινν saepissime invenitur, hoc in Rheticis, de quibus infra dicam, de Poeticis quidquam contendere propter parvum libri ambitum haud ausus sim.

Pauca addenda sunt de δῆ cūm imperativo, in enuntiatione interrogativa, post relativum adhibito. Δῆ cūm imperativo non ea uti posse significatione appetat quam apud Atticos habet, ut usurpetur, si quis cum vi ab rem quandam perficiendam admonetur. Quem enim putas ab Aristotele admoneri? Itaque imperativus cum vigore quadam pro indicativo positus est atque δῆ ita explicandum, ut rem quasi manifestam nostris oculis subjiciat. Maxime in Rheticis δῆ ita ad eas notiones definiendas usurpatur quibus tota inquisitio quae sequitur ut ita dicam ntitur. Cf. 1368. b. 6: διορισάμενοι οὖν τὸ ἀδικεῖν λέγωμεν ἔξης· ἐστω δῆ τὸ ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν ἐκόντα παρὰ τὸν νόμον, 1355. b. 26, 1360. b. 14, 1362. a. 21, 1363. b. 8, 1378. a. 31, 1380. a. 7, b. 35, 1382. a. 21, 1383. b. 13, 1385. a. 17, b. 13. Rarius ille usus in ceteris scriptis invenitur; sed nonnullis locis, maxime Physicorum, δῆ cūm imperativo usurpatur, ubi scriptor ad sententiam, quam ante protulit, illustrandam exemplum ipse fingit. Phys. 266. a. 10—16: "Οτι δὲ τοῦτ' ἀμερὲς ἀναγκαῖον εἶναι καὶ μῆδεν ἔχειν μέγεθος, νῦν λέγωμεν, πρῶτον περὶ τῶν προτέρων αὐτοῦ διορίσαντες, τούτων δὲν μέν ἐστιν ὅτι οὐχ οἰόντες οὐδὲν πεπερασμένον κινεῖν ἀπειρον χρόνον. τρία γάρ ἐστι, τὸ κινοῦν, τὸ ἄνον μενον, τὸ ἐν φῷ τρίτον ὁ χρόνος. ταῦτα δὲ η πάντα ἀπειρα η

κάντα πεπερασμένα ἡ ἔνα, οἷον τὰ δύο ἡ τὸ εἶναι. ἐστω δὴ τὸ Α τὸ κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον Β χρόνος ἀπειρος ἐφ' οὐ Γ.

In interrogationibus et rectis et obliquis δῆ eodem modo atque a ceteris scriptoribus etiam ab Aristotele adhibetur. Sic invenitur in interrogatione recta: δῆ solum: Ethic. 1096. b. 26, Metaphys. 1001. b. 17, 1037. b. 13; δῆποτε: Polit. 1280. b. 24, de anim. 408. a. 25, Metaph. 1092. b. 3; οὖν δῆποτε: Ethic. 1097. b. 38 \*), de anim. 411. b. 6. In interrogatione obliqua: δῆ solum: Ethic. 1111. a. 4, 1133. a. 22, 1142. a. 17; δῆποτε: Metaph. 1000. a. 20, Phys. 260. a. 12.

Δῆ post relativum positum aut totam periodum cum iis quae antecedunt conjungit, ut non proprie ad relativum pertineat, „welcher also“, aut vim relativi tantum urget „welcher eben“ „welcher gerade“, v. Krüger. Griechische Sprachlehre. 25. 9. 2. Illud, ut exemplum afferam, invenitur: Rhetor. 1361. b. 35—38: ποληφίλια δὲ καὶ χρητοφίλια οὐκ ἀδηλα τοῦ φίλον ὥρισμένον, ὅτι ἔστιν ὁ τοιοῦτος φίλος ὅστις ἀοἰδαί ἀγαθὰ εἶναι ἐκεῖνῳ, πρακτικός ἔστιν αὐτῶν δί’ ἐκεῖνον. φ δῆ πολλοὶ τοιοῦτοι, πολύφιλος. φ δὲ καὶ ἐπιεικεῖς ἀνδρες, χρητόφιλος. δῆ relativum solum afficiens haud saepere ab Aristotele adhibetur, cf. Ethic. 1158. a. 10: φίλοι δ'ού κάρι εἰσὶ διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν μηδὲ χαίρειν ἄλλοισι, ἀ δῆ μάλιστ' εἶναι δοκεῖ φίλικά. Metaph. 986. a. 13, 1000. b. 9, 1032. a. 19, de anima 403. b. 18, Pol. 1278. b. 38, 1295. b. 37. Multo saepius apud Theophrastum invenitur, collegi enim ex hist. plant. hos locos: I. 2. 3, III. 4. 1, 4. 3, 7. 2, 7. 3, 12. 1, 18. 4, 18. 6, 18. 8, IV. 4. 1, 4. 4, 6. 2, 11. 11, 12. 1, 14. 3, 16. 1, V. 1. 1, 5. 4, 9. 5, VI. 1. 3, 3. 4, VIII. 8. 1, IX. 1. 1, 15. 2, 15. 3, 19. 2 (ubi Wimmeri lectio a Schneidero valde differt). Huc ii loci minime pertinent, ubi δῆ pronominibus relativis, maxime ὅστις, additum indefiniti notionem efficit, cf. Heller. Philolog. VIII. p. 305. Inveniuntur autem solum in Ethicis et Metaphysicis tales loci, cf. ὅστιςδῆποτε: Eth. 1126. a. 4, 1144. a. 33, 1162. b. 32, Metaph. 1033. b. 5; ὁδῆποτε: Ethic. 1164. a. 25,

\*) Hoc loco δῆ et κοτὲ longo intervallo sejunguntur: εἰ οὖν δῆ τοῦτον  
αὐτὸν κοτὲ.

1167. a. 35, Metaph. 1090. a. 6; οἰονδήποτε: Ethic. 1114. b. 17; ὀπωςδήποτε: Ethic. 1114. b. 14, 16. Cum igitur apud Aristotelem semper ποτέ particulam δή sequatur, dissentient libri subditicii, cf. de Xenoph. 976. a. 24: εἰ δὲ ἄπαν ὑδωρ ἡ ἄπαν γῆ ἡ ὄτιδη τὸ ὅν τοῦτο ἐστίν cet., 976. b. 1: εἰ γάρ ἐστιν ὑδωρ ἄπαν ἡ πῦρ ἡ ὄτιδη ἄλλο τοιοῦτον.

Jam vertamus ad δή cum aliis particulis conjunctum. Particulae καὶ δή conjunctae, antequam quid significant dicam, monendum est, Aristotelem certam hanc legem sibi constituisse, ut δή post καὶ nullo verbo interposito non collocaret nisi alteram καὶ sequeretur, ita ut aut καὶ δή καὶ aut καὶ-δή, nullo vero loco καὶ δή diceret\*). In scriptis subditiciis autem nonnullis locis invenitur καὶ δή nullo verbo interposito; cf. Magna Moralia 1187. b. 24, 1191. b. 8, 1208. a. 32; etiam Theophrastus ita verba collocat, cf. histor. plant. VI. 3. 3. Sed Eth. Eud. 1229. b. 2, ubi καὶ δή vulgo legitur, cum dicendi ratio in eo scripto adhibita ab Aristotele fere non distet atque codex Pb. καὶ δή καὶ praebeat, καὶ inserendum esse puto.. Apud Aristotelem autem, ut ad eum redeam, καὶ δή καὶ haud saepe invenitur, cf. Metaph. 1028. b. 2, 1053. a. 8, de anima 432. b. 7, Poet. 1460. a. 5, Pol. 1299. a. 34, contra καὶ-δή permultis locis. Ita vero post καὶ usurpatum δή vulgo indicat, id quod particula καὶ additur manifestum esse, et maxime quidem philosophus illa dicendi ratione utitur, si re quadam pertractata significare vult, idem quod de ea etiam de alia vel in universum valere. Sic, ut locos colligam ex libris Metaphysicis, dicitur: καὶ τρόπον δή παραπλήσιον 1016. a. 27; καὶ τοῦτον δή τὸν τρόπον 1028. b. 24, 1065. a. 17; καὶ ναδ' ἐκάστην δή τῶν κατηγοριῶν ὁμοίως 1070. a. 34; καὶ ναδ' ἐκαστον δή ὁμοίως 1035. b. 19; καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι 1026. b. 20; καὶ τὰς ἄλλας δὴ κατηγορίας 1089. a. 8; καὶ τὰ ἄλλα δὴ ὁμοίως ἄπαντα 1089. a. 10; καὶ τὰλλα δὴ ὅσα sqq. 1093. b. 15; καὶ δλως δή 1045. a. 19. Praeterea καὶ-δή (simili modo atque καὶ-ἄρα) indicat, rem quae additur ex iis quae antecedunt sequi. Cf. Ethic. 1120. a. 6: ὃν δὲστὶ χρεία,

\*) De discrimine quod vulgo inter καὶ-δή et καὶ δή intercedere grammatici statuunt cf. Krüger. Griechische Sprachlehre I. 69. 17. 5.

ἔστι τούτοις χρῆσθαι καὶ εὐ κακᾶς ὁ πλοῦτος δέστι τῶν χρησίμων ἐκάστῳ δ' ἄριστα χρῆται ὁ ἔχων τὴν περὶ τοῦτο ἀρετῆν καὶ πλουτῷ δὴ χρήσεται ἄριστα ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀρετήν. 1163. b. 18—22: διὸ καὶ δόξειν οὐκ ἔξειναι τιῷ πατέρᾳ ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' νίον ὄφειλοντα γὰρ ἀποδοτέον, οὐδὲν δὲ ποιήσας ἀξιον τὸν ὑπηργμένων δέδρακεν, ὥστ' αὐτὸν ὄφειλει. οἷς δ' ὄφειλεται, ἔξονοια ἀφεῖναι καὶ τῷ πατρὶ δὴ. Neque vero in omnibus scriptis καὶ-δὴ pari numero adhibetur, sed quod de δὴ particula conclusiva pag. 42 vidimus hue quoque pertinet\*), nisi quod in Politicis καὶ-δὴ multo saepius in usum venit quam in Rheticis (ubi his tantum locis invenitur: 1364. a. 14, 1381. a. 8) et Poeticis.

Particulis καὶ-δὴ opponi possunt οὐδὲ δὴ, cf. Fritzsche. ad Eth. 1166. b. 17. Ut de collocatione primum dicam, non tam constans quam apud καὶ-δὴ usus est, vulgo enim cum nullum verbum interponatur, hi loci aliter comparati sunt: Metaph. 1044. b. 8, 1058. b. 12, Ethic. 1156. b. 28. Particula δὴ autem vulgo nihil aliud nisi vim verbi οὐδὲ auget, quam ob rem οὐδὲ δὴ maxime in usu est si tales sententiae proferuntur, quae quin falsae sint dubitari nequit. Cf. Phys. 225. b. 10—14: Κατ' οὐσίαν δ'οὐκ ἔστι κίνησις διὰ τὸ μηδὲν εἶναι οὐσίᾳ τῶν ὅντων ἐναντίον. οὐδὲ δὴ τῷ πρός τι ἐνδίχεται γὰρ θάτερον μεταβάλλοντος ἀληθεύεσθαι θάτερον μηδὲν μεταβάλλον, ὥστε κατὰ συμβεβηκός η κίνησις αἰτῶν. οὐδὲ δὴ ποιοῦντος καὶ πάσχοντος εε.. οὐδὲ δὴ ita usurpatum idem fere valere atque particulas ἄλλα μὴν οὐδὲ hoc Ethicorum loco demonstratur 1142. a. 32—b. 6: δει δὲ λαβεῖν καὶ περὶ εὐθονίας τι ἔστιν, ποτερον ἐπιστήμη τις η δόξα η εὐστοχία η ἄλλο τι γένος. ἐπιστήμη μὲν δὴ οὐκ ἔστιν οὐ γὰρ ζητοῦσι περὶ ὃν θασιν, η δ' εὐθονία βουλί τις, ο δὲ βουλευόμενος ζητεῖ καὶ λογίζεται. ἄλλα μὴν οὐδὲ εἰστοχία· ἀνεν τε γὰρ λόγου καὶ ταχύ τι η εὐστοχία, βουλεύονται δὲ πολὺν χρόνον, καὶ φασὶ πράττειν μέρ δεῖν ταχὶ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. ετι η ἀγχίνοια ἔτερον καὶ η εὐθονία· ἔστι δενστοχία τις η ἀγχίνοια.

\* Hoc tantum moneo, libros Physicos ita inter se distare, ut in libro quarto καὶ-δὴ saepissime inveniatur, in ceteris omnibus raro.

οὐδὲ δὴ δόξα ή εὐθουλία οὐδεμία. Rhetor. 1359. a. 34, de anim. 435. a. 20. De anima 426. b. 17, ubi οὐτε δὴ codicibus traditur, cum alterum membrum si quid video non sequatur, οὐδὲ δὴ autem loco bene conveniat, fortasse ita legendum est. Nonnullis locis δὴ post οὐδέ usurpatum consecutionem indicat, cf. Ethic. 1159. a. 8: οὐδὲ γὰρ ἔτι φίλοι ἐσονται αὐτοῖς, οὐδὲ δὴ ἀγαθά· οἱ γὰρ φίλοι ἀγαθά (Fritzschius τάγαθά, sed v. Rassow. Weimarer Jahresbericht. 1862. pag. 29). In universum autem οὐδὲ δὴ saepius in Ethicis, maxime in libris postremis, Metaphysicis, Physicis invenitur, in ceteris scriptis multo rarius in usu est.

Jam brevius dicamus, quibuscum aliis particulis δὴ conjungatur. Δὲ δὴ secundum usum vulgarem Aristoteles ita adhibet, ut δὴ manifesto fere (sed lenior vis est particulae δὴ) significans oppositionem urgeat; id quod maxime post eī fit. Cf. Ethic. 1113. a. 17—22: συμβαίνει δὲ τοῖς μὲν τὸ βούλητὸν τάγαθὸν λέγοντοι μὴ εἶναι βούλητὸν ὃ βούλεται οὐ μὴ ὄφθως αἰρούμενος (εἰ γὰρ ἔσται βούλητόν, καὶ ἀγαθόν ἦν δὲ εἰ οὐτως ἔτυχε, κακόν), τοῖς δὲ αὖ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν τὸ βούλητὸν λέγοντοι μὴ εἶναι φύσει βούλητόν, ἀλλ’ ἐκάστῳ τὸ δοκοῦντ’ ἀλλο δ’ ἀλλω φαίνεται, καὶ εἰ οὐτως ἔτιχε, τάναντία. εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἅρα φατέον sqq..

Μὲν δὴ diverso modo usurpatur, saepissime quidem ita, ut inquisitione quadam finita omnia quae antecedunt comprehendat; quo facto particula δέ ad novam res transitur; cf. Phys. 191. b. 27: εἰς μὲν δὴ τρόπος οὗτος, ἀλλος δ’ οὗτι ἐνδέχεται ταῦτα λέγειν κατὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, 216. b. 11; simil modo μὲν οὖν adhibetur, cf. Krüger. Griechische Sprachlehre §. 69. 35. 3 atque μὲν τοίνυν, maxime in Politicis et Physicis, sic ut exempla nonnulla afferam: Pol. 1256. b. 37, 1261. b. 27, 1281. a. 27, 1329. a. 34, 1332. b. 8. Praeterea μὲν δὴ haud paucis locis usurpatur, ubi philosophus de pluribus rebus dicturus eam, quae primo loco ponitur, premere vult, cf. Phys. 204. a. 2: πρῶτον οὖν διοριστέον ποσαχῶς λέγεται τὸ ἀπειρον. ἐν μὲν δὴ τρόπον τὸ ἀδύνατον διελθεῖν τῷ μὴ πεφυκέναι διέναι, ὥσπερ ή φωνὴ ἀόρατος. Metaph. 1056. a. 16, Ethic. 1142. a. 34, 1171. a. 21 (cf. Fritzsche, ad h. l.). Duobus locis falso

alia particula addita est: de anima 431. b. 28—29: ἀνάγκη δῆ  
αὐτὰ ἡ τὰ εἰδη εἶναι. αὐτὰ μὲν γὰρ δὴ οὖ· ubi γάρ ferri ne-  
quit, cum non videam, cuius rei causam afferat, atque desit in  
cod. LVW et pr. E. Ethic. 1154. a. 27: ὅστε λεχτέον διὰ τὶ<sup>1</sup>  
φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἴδονται αἰρετάτεραι. πρῶτον μὲν οὖν δὴ  
ὅτι ἐκφρούει τὴν λύπην, πρῶτον μὲν οὖν δὴ offendit, quia nullo  
alio loco (nisi in interrogationibus, quarum ratio prorsus alia est)  
Aristoteles particulis ita cumulatis utitur, sed aut μὲν οὖν aut  
μὲν δὴ adhibet. Cum accedat quod οὖν omittitur a cod. Lb et  
Mb non dubito, quin legendum sit: πρῶτον μὲν δὴ. Antequam  
pergamus videtur addendum esse, usum particularum μὲν δὴ apud  
Aristotelem multo artioribus finibus circumscripsum esse quam  
apud Platonem et alios scriptores. Sic nunquam invenitur καὶ  
μὲν δὴ nullo verbo interposito (cf. Krüger. Griechische Sprach-  
lehre I. 69. 35. 1), ἀλλὰ μὲν δὴ (quod saepissime apud Plato-  
nem, cf. Theaet. 143. B, Phaedon 75. A, Gorg. 471. A, 492.  
E, 506. D; praeterea Ast. lexic. Plat. II. 303), οὐ μὲν δὴ  
(cf. Krüger l. l. Ast. l. l.), sed in iis locutionibus non tam par-  
ticula δὴ quam μέν aliter adhibetur atque apud Aristotelem fit.

Particulae γὰρ δὴ conjunctae, quarum utraque eandem quam  
per se ipsa habet vim retinet, maxime in Metaphysicis, Physicis,  
Politiciis, libris de anima inveniuntur, cf. de anim. 407. a. 5, 10,  
411. b. 7, 419. a. 33, 420. b. 32, 425. b. 2, 428. a. 29 (saepissime  
verbo interposito γέ additur), in ceteris scriptis multo  
rariora, in Ethicis his tantum locis: 1123. b. 20, 1178. b. 19.  
καὶ γὰρ δὴ καὶ v. Phys. 194. a. 15, Pol. 1283. b. 30. ἀλλὰ  
γὰρ δή, quod apud Platonem saepe (cf. Δῆ. lexicon Plat. I.  
101), apud Theophrastum rarissime (v. histor. pl. II. 8. 3) in  
usu est, ab Aristotele omnino non adhibetur. Ἀλλὰ δὴ, cf.  
Hartung l. l. 266, 289, in Physicis tantum invenitur, cf. 214. a.  
28: οὐδεμία δ' ἀνάγκη, εἰ κίνησις ἔστι, εἶναι κενόν. δλως μὲν  
οὖν πάσης κινήσεως οὐδὲμιώς, διὸ καὶ Μέλισσον Πλαθεῖται ἄλλοι  
οὖθεν γὰρ τὸ πλῆρες ἐνδέχεται. ἀλλὰ δὴ οὐδὲ τὴν κατὰ τό-  
πον κίνησιν. 237. b. 34: ἀλλὰ δὴ κανὸν εἰ μὴ ισοταχῶς, διαφέ-  
ρει οὐδέν opponuntur verbis: ὅτι μὲν οὖν εἰ τι ισοταχῶς  
κινοῖτο, ἀνάγκη τὸ πεπερασμένον ἐν πεπερασμένῳ κινεῖσθαι, δῆ-  
λον (vers. 26—28). 249. b. 14: ἀλλὰ δὴ πότερον εἰς τὸ πάθος

δεῖ βλέψαι, ἐὰν δὲ ταῦτὸν δὲ ὅμοιον, εἰ ἴστοταχεῖς αἱ ἄλλοιοίσι, δὲ εἰς τὸ ἄλλοιον μενον. In libris subditiciis invenitur: Ethic. Eudem. 1227. b. 25 (1244. a. 24 Fritzschius proponit); de Xenophan. 976. b. 19; Magna Moral. 1194. b. 19, 22, 1201. a. 9, 1204. a. 26, 1205. a. 25, 1206. a. 28. Apud Theophrastum quoque in usu est, v. hist. plant. I. 7. 3, 1. 14: 5.

Δῆ post ei (multo rarius post ἐάν) positum indicat, id quod enuntiatione conditionali afferatur, manifestum vel notum esse. Qui usus cum notissimus sit atque saepissime in omnibus scriptis inveniatur, exempla afferre non opus est. Cf. Krische. Göttinger gelehrte Anzeigen 1834. pag. 1885. εἰπερ δὴ num Aristoteles adhibuerit, dubitari potest, cum uno illo loco ubi invenitur, Pol. 1289. a. 24, quid legendum sit non constet. Verba enim haec sunt: οὐ γὰρ οἶόντες τοὺς αὐτοὺς νόμοντς συμφέρειν ταῖς ὀλιγαρχίαις οὐδὲ ταῖς δημοκρατίαις πάσαις, εἰπερ δὴ πλείονς καὶ μὴ μίᾳ δημοκρατίᾳ μηδὲ ὀλιγαρχίᾳ μόνον ἔστιν, sed in compluribus codicibus (cf. Stahr. ad. h. l.) πλείω legitur, quod ex πλείονις quomodo corrumpi potuerit cum non appareat, Stahrius proposuit: εἰπερ εἴδη πλείω, quae conjectura simillimo loco 1289. b. 13 quodammodo confirmatur: ήμιν δὲ πρῶτον μὲν διαιρετίον πόσαι διαφορὰ τῶν πολιτεῶν, εἰπερ ἔστιν εἴδη πλείονα τῆς τε δημοκρατίας καὶ τῆς ὀλιγαρχίας. In Theophr. histor. plant. εἰπερ δὴ invenitur VI. 6. 3. Idem quod de ei δὴ valet de ἐπεὶ δή, quod nonnullis locis rectissime pro ἐπειδή vel ἐπεὶ δέ \*) restitutum est. Paucis locis δὴ post ὡς sequente participio adhibetur, v. Poetic. 1455. a. 15 (cf. Vahlen. Sitzungsberichte der K. K. Akademie. Philos.-hist. Classe vol. 38. p. 73, cuius conjecturam Susemihlius recepit), Ethic. 1163. a. 3.

Ex iis quae attuli omnibus fere locis particulam δὴ explicari posse quamquam confido, nonnullos tamen locos esse non ignarus sum, qui ita a vulgari Aristotelis dicendi usu dissentiant, ut dubitari possit, utrum philosophus ipse ita scripserit an librariorum culpa mendum exortum sit. Cf.

\*) Ut unum exemplum afferam cf. Metaph. 1026. b. 2, ubi Bonitzius rectissime ἐπεὶ δή restituit, cum in plerisque codicibus ἐπεὶ δέ legatur, in ET ἐπειδή, apud Alex. ἐπειδή οὖν.

Pol. 1264. b. 9, ubi Bekkerus in editione majore scripsit: τοῦτο δὲ στάσεως αἴτιον γίνεται καὶ παρὰ τοῖς μηδὲν ἀξιώμα κεκτημένοις, η̄ πού γε δὴ παρά γε θυμοειδέσι καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν, cf. Klotz. annot. ad Dev. 597, in minore ἡπονθεν δή (codices enim inter se dissentunt). Sed cum neutra lectio ullo alio loco quodammodo simili probetur, nescire me fateor, quid de loco statuendum sit.

Antequam ad aliam transeamus particulam, paucis verbis videtur comprehendendum esse, quem ad modum in particula δὴ adhibenda Aristoteles ab iis distet, qui ante eum scripserunt. Et quidem hoc discrimen summum esse puto, quod δὴ apud eum multo saepius ita usurpatur, ut non solum intra enuntiatum, in quo positum est, vim exerceat, sed etiam indicet, quomodo illud cum iis quae antecedunt cohaereat; contra multo rarius ita adhibetur, ut suum tantum enuntiatum afficiat. Quod ut exemplis demonstrem, afferō δὴ apud eum post superlativum, post ν. πολὺς, post adverbia temporalia (maxime νῦν) nullo loco inveniri, neque γέ δὴ neque ἵνα δὴ in usu esse. Apparet igitur quantum distet Aristoteles a Platone, qui δὴ omnibus illis rationibus saepissime adhibet. Sed scriptores librorum pseudo-aristoteleorum et Theophrastus haud raro redierunt ad usum eorum qui ante Aristotelem scripserunt. Sic ut ex Theophrasto exemplum afferām cf. histor. plant. III. 7. 6: εἰ δέ γε δὴ, IV. 2. 7: καὶ γέ δὴ, IV. 4. 5: ὡς γε δὴ. Postremo repeto quia res videtur gravissima esse, δὴ in aliis scriptis multo saepius adhiberi quam in aliis: saepissime enim invenitur in Ethicis (de discrimine, quod inter singulos libros intercedit, supra dictum est), sequuntur hoc ordine: Metaphysica, Physica, libri de anima, Politica; multo rarius in Rheticis et Poeticis in usu est. Quod quomodo explicandum sit hoc loco perscrutari longum est.

## Cap. V.

**De particulis conclusivis ἄρα, τοινν, οἵς, οἵστε et finalibus  
ἴνα, οἵως, οἵς, μή.**

Ἄρα \*) sine alia particula positum apud Aristotelem vulgo conclusionem indicat, praeterea autem invenitur: ἀλλ' ἄρα: Metaphys. 1033. a. 1; Phys. 248. a. 16. Bonitzius, cf. Aristotelische Studien I. 73, scripsit ἀλλ' ἄρα, particulas ἄρα et ἄρα nonnullis locis inter se commutatas esse rectissime monens. εἰ ἄρα: Metaph. 1015. b. 14, Phys. 260. b. 5. εἰ ἄρα in interrogatione obliqua adhiberi recte Vahlenius, cf. Beiträge zur Aristotelischen Poetik pag. 43, negat, cum iis locis quibus nunc legitur non codicibus tradatur, sed e conjectura scriptum sit. Itaque et Poet. 1449. a. 7 et Met. 995. b. 27 non εἰ ἄρα, sed cum illo. ἄρα legendum est. πλὴν εἰ ἄρα: Metaph. 984. b. 3. εἰ μὴ ἄρα, quod „nisi forte“ fere significat, cf. Bäumlein. Griechische Partikeln pag. 28, invenitur: Ethic. 1181. b. 11, Metaph. 1056. b. 12; εἰπερ ἄρα: Met. 1044. b. 4, 1087. b. 28; ἐὰν δὲ ἄρα: Polit. 1315. a. 10; δοτι-ἄρα: Poet. 1455. b. 11; οἵς ἄρα: Phys. 240. a. 21. Particulae ἄρα in apodosi positae satis multa exempla vid. apud Bonitzium: Aristotelische Studien II et III. pag. 14, 19, 28, 36, 40. Invenitur autem ἄρα saepissime in Metaphysicis \*\*) (plus octagies, sed ita differunt libri ut raro in prioribus, in posterioribus multo saepius adhibetur), Physicis (maxime in libro octavo), Ethicis; haud raro in libris de anima et Poeticis (pro hujus libelli ambitu); in Politicis duodecies, in Rheticis septies usurpatur. Simili modo scripta subditicia inter se differunt. Saepissime enim ἄρα invenitur in Magnis Moralibus \*\*\*) , maxime in libro priore:

\*) Cf. Heller. Philolog. XIII. pag. 68—121.

\*\*) Klotzius igitur non recte l. l. 178 dicit: „Cum ἄρα non tam apte concludat, in familiari sermone, in dialogis, in liberiore narrandi genere saepe numero usurpatur, multo rarius invenitur in accuratioribus philosophorum conclusionibus.“

\*\*\*) Magnorum Moralium hoc proprium est, quod locutiones nonnullae saepissime repetuntur, quo factum est, ut particulae quaedam saepius quam in ullo Aristotelis libro inveniantur.

1181. b. 24, 26, 1182. a. 1, b. 2, 5, 30, 1183. a. 18, 23, 1184. a. 12, 37, b. 14, 27, 28, 30, 35, 1185. b. 25, 26, 30, 1186. a. 20, 26, 31, 35, b. 23, 24, 1188. a. 9, 10, 22, 29, 32, 35, b. 24, 37, 1189. a. 21, b. 1, 1190. a. 15, 29, 33, b. 14, 18, 32, 1192. a. 6, 32, b. 11, 1193. b. 8, 23, 31, 1195. b. 12, 17, 18, 33, 1196. a. 4, 10, 13, 16, b. 26, 1197. b. 2, 1198. b. 1; in libro altero: 1199. a. 22, 1201. a. 23, 32, 34, b. 29, 1204. a. 1, 1206. a. 23, 1210. a. 4, 1212. a. 25, b. 4, 1213. a. 4. Contra in Rhetoricis ad Alexandrum, Physiognomica, aliis libris raro adhibetur. Etiam in Theophrasti historia plantarum ἄρα significatione conclusiva rarissime utitur, saepius vero in enuntiationibus conditionalibus locum habet. Sed certae sunt locutiones, in quibus ἄρα ita usurpatur, aut enim dicit: πλὴν εἰ ἄρα: histor. plant. II. 2, 2, IV. 5. 3, 15. 1; aut εἰν τὸ ἄρα: I. 14. 1; aut εἴ τις ἄρα vel εἴ τινες ἄρα: I. 14. 1, III. 7. 3; aut εἴ μη ἄρα: I. 13. 4, IV. 13. 4, VII. 4. 9, IX. 16. 6. Apparet igitur quam certas leges Theophrastus in particulis adhibendis observet.

Sed redeamus ad Aristotelem. In particula τοῖνν (cf. Fritzsche. ad Ethic. Nicom. 1165. a. 10) usurpanda simili fere modo atque in particula ἄρα scripta et Aristotelea et pseudoaristotelea inter se dissentiunt. Saepe enim τοῖνν invenitur in Metaphysicis, Physicis, Politicis (in quibus ἄρα raro in usu est), multo rarius in ceteris. Inter libros subditios Rhetorica ad Alexand., Physiognomica, alia scripta, in quibus τοῖνν rarissime usurpatur, valde differunt a Magnis Moralibus, ubi simili modo atque ἄρα etiam τοῖνν, maxime in libro priore, saepissime adhibetur: 1182. b. 27, 1183. a. 6, 1184. a. 15, b. 1, 6, 17, 22, 31, 1185. a. 36, 1186. a. 9, 33, b. 4, 1187. b. 4, 16, 1188. a. 38, 1189. a. 31, 1190. b. 21, 1191. b. 34, 1193. b. 19, 1198. b. 2; in libro altero: 1201. b. 33, 1203. a. 14, 1207. a. 18, 1212. b. 31, 1213. a. 30.

Sententiam ut ita dicam secundariam ex iis quae antecedunt sequi particulis ως et οὐτε significatur, ως vero ea vi apud optimos scriptores Atticos rarissime \*) utitur. Idem usus

---

\*) Krüger. Griechische Sprachlehre I. §. 65. 3. 4.

est Aristotelis, apud quem hos tantum locos inveni: Pol. 1256. b. 11: καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν τὰ μὲν συνετίκται τῶν ζῴων τοσαύτην τροφὴν ὡς ἵκανην εἶναι μέχρις οὗ ἂν δύνηται αὐτὸς αὐτῷ πορίζειν τὸ γεννηθέν. 1305. a. 29—32: ὅπου γάρ αἱρεταὶ μὲν αἱ ἀρχαὶ, μὴ ἀπὸ τιμημάτων δέ, αἱρεῖται δόδημος, δημαγωγοῦντες οἱ σπουδαρχιῶντες εἰς τοῦτο καθιστᾶσιν ὡς κύριον εἶναι τὸν δῆμον καὶ τῶν νόμων. Paulus saepe in libris pseudoaristoteleis particula ὡς eo modo usurpat. Particulas ἡ ὥστε cum infinitivo post comparativum Aristoteles haud saepe adhibet (cf. G. Curtius. Griechische Schulgrammatik. §. 566, Klotz. I. l. pag. 584), cf. Phys. 218. b. 8: ἔστι δὲ εἰπεῖν τὸ εἰρημένον ἡ ὥστε περὶ αὐτοῦ τὰ ἀδύνατα ἐπισκοπεῖν. Cf. etiam Ethic. Eudem. 1245. b. 17: οὐ γὰρ οὐτες ὁ Θεὸς εὐ ἔχει, ἀλλὰ βέλτιον ἡ ὥστε ἄλλο τι νοεῖν παρ' αὐτὸς αὐτὸν. Simili modo etiam ἡ solum in usu est: Phys. 254. a. 31: βέλτιον ἔχομεν ἡ λόγον δεῖσθαι. Usum particulae ὥστε in apodosi Aristoteli peculiarem cum optime Bonitzius (Aristotelische Studien pag. 106—122) illustraverit nihil nisi hoc videtur addendum esse, ὥστε maxime in libris Metaphysicis et Physicis ita adhiberi.

De particulis finalibus plura monenda sunt, maxime de temporum consecutione. Disputavit autem de ea re optime Frankius, cf. Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 1839, ubi accuratissime in eam rem inquisivit, qua ratione optativus post tempus praesens et conjunctivus post tempus praeteritum ponatur, atque ab optimis scriptoribus certas leges observatas esse optime demonstravit. At in ea re Aristoteles ab illis mirum quantum distat. Nullo enim loco optativo post particulas finales utitur, sed promiscue et post tempus praesens et post praeteritum conjunctivum adhibet. Id ita demonstrandum esse puto, ut et locos afferam, quibus conjunctivum pro optativo positum esse apparet, et eos locos, ubi optativus videtur inveniri, aut aliter explicandos aut mutandos esse probem. Conjunctivus post tempus praeteritum adhibetur, ut pauca ex multis exempla afferam: Polit. 1304. b. 36: οἱ γὰρ δημαγωγοί, ἵνα χρήματα ἔχωσι δημεύειν, ἐξέβαλλον πολλοὺς τῶν γνωρίμων. de anim. 406. b. 26: τὸν αὐτὸν δὲ

τρόπον καὶ ὁ Τίμαιος φυσιολογεῖ τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα· τῷ γὰρ πνεύσθαι αὐτὴν καὶ τὸ σῶμα κινεῖν διὰ τὸ συμπε-  
κλέχθαι πρὸς αὐτὸν συνεστηκοῦνταν γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων, καὶ μεμερισμένην κατὰ τοὺς ἀριθμούκοντας ἀριθμούς, ὅπως αἰσθητὸν τε σύμφυτον ἀριθμοίας ἔχῃ καὶ τὸ πᾶν φέρονται συμφώνους φο-  
ράς, τὴν εὐθυνήταν εἰς κύριον κατέκαμψεν. Phys. 185. b. 26:  
ἔδορυβούντο δὲ καὶ οἱ ὑπεροι τὸν ἀρχαῖον ὅπως μὴ ἄμα γέ-  
νηται αὐτοῖς τὸ αὐτὸν ἐν καὶ πολλά. Contra regulam autem  
quam statui videntur duo loci facere. Pol. 1320. a. 35: τεχνα-  
στέον οὖν ὅπως ἀν εὐπορίᾳ γένοιτο χρόνος, sed videtur eo loco  
particula ὅπως vi plane relativa uti, cf. Bäumlein. Griechische  
Modi. pag. 316. Ethic. 1177. b. 9—12 vulgo legitur: οὐδεὶς  
γὰρ αἴρεται τὸ πολεμεῖν τοῦ πολεμεῖν ἐνεκα, οὐδὲ παρασκενάζει  
πόλεμον δόξαι γὰρ ἀν παντελῶς μιαρόνος τις εἶναι, εἰ τὸν  
φίλους πολεμίους ποιοῦτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίνοιτο, at  
optativus non inest in optimis codicibus, sed Kb et Ob praebebent  
γίγνηται, quod cum pluralis numerus desideretur ferri nequit,  
Mb γίνωνται, quae lectio cum vulgari Aristotelis dicendi usui  
conveniat sine dubio recipienda est. Aristoteles igitur videtur  
nullo loco optativum post particulas finales adhibuisse.

Transeamus ad singularum particularum usum. Parti-  
culas ἵνα et ὅπως cum conjunctivo constructas prorsus eadem  
significatione uti, ex talibus locis effici potest, quibus promiscue  
ὅπως et ἵνα usurpantur; cf. de anima 435. b. 19—25, ubi Tor-  
strikius ita legit: τὰς δ' ἄλλας αἰσθῆσεις ἔχει τὸ ζῷον, ὡσπερ  
εἰρηται, οὐ τοῦ εἶναι ἐνεκα, ἄλλα τοῦ εν, οἷον ὅψιν, ἐπεὶ ἐν  
αἴρι καὶ ὑδατι, ὅπως ὥρα, ὅλως δέπειτε ἐν διαφανεῖ, γενοῖν δὲ  
διὰ τὸ ἥδυν καὶ λυτηρὸν, ἵνα αἰσθάνηται τὸ ἐν τροφῇ καὶ  
ἐπιθυμῇ καὶ κινήται, ἀκοὴν δὲ ὅπως σημαίνηται αὐτῷ [γλωτταν  
δὲ ὅπως σημαίνῃ τι ἐτέρῳ] (Bekkerus et Trendelenburgus:  
ἀκοὴν δὲ ὅπως σημαίνῃ τι αὐτῷ, γλωτταν δὲ ὅπως σημαίνῃ  
τι ἐτέρῳ). Ethic. 1125. a. 6—7: οὕτε γὰρ ἵνα ἐπαινῆται  
μέλει αὐτῷ οὕτε ὅπως οἱ ἄλλοι ψέψωνται, οὐδ' αὐτὸν ἐπαινετικός  
ἐστιν. Videtur igitur Aristoteles propter hanc solam causam  
modo ἵνα modo ὅπως adhibuisse ut evitaret molestam ejusdem  
particulae repetitionem. Jam accuratius de ὅπως dicendum est.  
Cum dubitatum sit, ndm ὅπως cum conjunctivo aoristi primi

activi et medii construatur (vid. grammaticorum sententias apud Bernhardy whole: paralipomena syntaxis Graecae II. 45, 46), locos, quos in libris Aristoteleis inveni, afferam. Conjunction, aor. I. act. post ὅπως ponitur: Pol. 1301. b. 7, 1334. a. 5, Rhetor. 1354. b. 20, 1364. a. 23, Phys. 198. b. 18; Polit. 1260. a. 35 Bekkerus, Ἑλλαῖψι in minore editione in Ἑλλαῖψι mutavit. Conjunction, aor. I. med. invenitur: Poet. 1450. a. 20. "Οπως cum indicativo futuri, cf. Hermann. de particula ᾧ opusc. IV. pag. 124, 130, 131, Bäumlein. Griechische Modi. pag. 112, saepius invenitur in Politicis, rarius in ceteris scriptis, cf. Pol. 1274. a. 40, 1280. b. 3, 4, 1299. b. 33, 1302. b. 19, 1309. b. 17, 1336. a. 41 (1260. a. 35 Bekkerus in editione minore); Rhetor. 1377. b. 23, Poet. 1455. b. 13, Phys. 211. a. 7. In universum autem in Politicis enuntiationes finales multo saepius inveniuntur quam in ullo alio Aristotelis scripto \*); quae res num eo effecta sit, quod Aristoteles in Politicis saepissime de consilio, quo leges cet. institutae sint, dicat, contendere non ausus sim. Uno Rheticorum loco 1419. b. 6 ὅπως verbo εἰς quo pendeat non antecedente cum futuro conjunctum invenitur. Ea locutio, quae idem fere valet atque imperativus, sed multo majore vi dicitur, cf. Madvig. Griechische Syntax. 123. 4, apud Platonem, oratores, poetas Atticos saepissime invenitur, sed miramur eam ab Aristotele adhiberi, cum tales adhortationes ad ejus dicendi rationem minime quadrent. Accuratus igitur illum locum consideremus. Verba sunt v. 2—7: περὶ δὲ τῶν γέλοιῶν, ἐπειδὴ τίνα δοκεῖ χρῆσιν ἔχειν ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ δεῖν ἐφη Γοργίας τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων γέλωτι τὸν δὲ γέλωτα σπουδῆ, ὁρθῶς λέγων, εἴρηται πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ὃν τὸ μὲν ἀρμόττει ἐλευθέρῳ τὸ δοῦ. ὅπως οὖν τὸ ἀρμόττον αὐτῷ λήψεται. Sed οὖν non inest in codice optimo A<sup>c</sup> (de fide ei codici tribuenda cf. Spengel. Abhandlungen der Bayrischen Akademie der Wissenschaften. Philos.-philol. Classe VI. pag. 502—505, Vahlen. Sitzungsberichte der

---

\* ) In Politicis usurpatur ἵνα trecies fere, ὅπως vi finali plus quadrages, contra in Ethicis ἵνα fere quinquiesdecies, ὅπως duodecies, in Metaphysicis ἵνα novies, ὅπως quinquies.

Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften zu Wien. Philos.-histor. Classe. vol. 38. pag. 92), quam ob rem delendum atque ὅπως cum iis quae antecedunt conjungendum est.

Ὅπως ἀν̄ cum conjunctivo aut vi relativa aut finali utitur. Vis plane relativa inest: Phys. 196. a. 22: ἀτοπον οὐν εἴτε μὴ ψελάμβανον εἰναι εἴτε οἰόμενοι παρέλειτον, καὶ ταῦτ' ἐνίστη χρημένοι, ὡσπερ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ αἱ τὸν ἀέρα ἀνωτάτῳ ἀποκρίνεσθαι φησιν, ἀλλ' ὅπως ἀν̄ τύχῃ. Phys. 208. b. 16: ἥμιν μὲν γὰρ οὐκ αἱ τὸ αὐτό, ἀλλὰ κατὰ τὴν θέσιν, ὅπως ἀν̄ στραφῶμεν, γίνεται. Ethic. 1124. a. 15: μάλιστα μὲν οὖν ἔστιν, ὡσπερ εἴρηται, ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμᾶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ πλοντον καὶ δυναστείαν καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἔξει, ὅπως ἀν̄ γίνηται. Significationem magis finalēm \*) habet: Polit. 1319. b. 25: φυλαῖ τε γάρ ἐτεραν ποιηταὶ πλείονς καὶ φρατρίαι, καὶ τὰ τῶν ιδίων ιερῶν συνακτέον εἰς ὄλιγα καὶ κοινά, καὶ πάντα σοφιστέον ὅπως ἀν̄ ὅτι μάλιστα ἀναμιχθῶσι πάντες ἀλλήλοις, αἱ δὲ συνήθειαι διαζευχθῶσιν αἱ πρότερον. Ethic. 1140. a. 12: ἔστι δὲ τεχνὴ πᾶσα περὶ γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν καὶ (καὶ delendum est, ut jam Muretus, Coraes, Fritzschius viderunt) θεωρεῖν ὅπως ἀν̄ γίνηται τι τῶν ἔνδεχομένων καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι. Utroque vero loco ὅπως vim relativam non plane exuisse appareat.

Particulae ὡς significatione finali usurpatae unum tantum nisi fallor exemplum exstat: Phys. 204. b. 25: εἰσὶ γάρ τινες οἱ τοῦτο ποιοῦσι τὸ ἀπειρον, ἀλλ' οὐκ ἀέρα ή ὄδωρ, ὡς (ὅπως in codice I) μὴ τάλλα φθείρηται ὑπὸ τοῦ ἀπείρον αὐτῶν. ὡς ἀν̄ et cum conjunctivo (v. Fritzsche. ad Ethic. Nic. 1165. a. 34) et cum optativo saepissime conjungitur, sed ita ut ὡς particula plane relativa sit. Μή particula finalis fere nusquam ab Aristotele adhibetur, cum ίνα μὴ vel ὅπως μὴ dicere soleat; cf. Rhetor. 1411. a. 29: καὶ ὡσπερ Κηφισόδοτος εὐλαβεῖσθαι ἐκέλευε μὴ πολλὰς ποιήσωσι τὰς στυδρομάς ἐκκλησίας.

Pauca addere licet de particula μὴ per ellipsis\*\*) et

\*) Cf. de ὅπως ἀν̄ in sententiis finalibus G. Hermann. de partic. ἀν̄ opusc. IV. 119—128.

\*\*) Cf. G. Hermann. de ellipsi et pleonasmo opusc. I. 228—241.

in interrogatione obliqua adhibita. Ad particulam μή elliptice usurpatam, ut hoc primum moneam, non ubique verbum timendi ipsum supplendum est, sed quod Frankius, cf. de particulis negantibus linguae graecae commentatio III. pag. 18, de verbis οὐ μή per ellipsis explicandis dicit, hoc quoque pertinet: „Simplicissima sane haec ratio explicandi est, modo ne Graecos illud δεινόν vel aliud vocabulum quo metus significaretur quovis loco inter οὐ et μή mente et cogitatione supplevisse putemus, sed omnino metuendi vel verendi notionem eorum menti obversatam esse statuamus“. Causa vero cur de eo particulae μή usu apud Aristotelem mihi dicendum esse putem, haec est quod editores dissentunt, utrum praeter conjunctivum post μή et μὴ οὐ indicativus quoque ferri possit necne. Conjunctivus quidem ponatur necesse videtur, cum eadem in ellipsis particulae μή ratio sit atque post verba timendi, ubi apud Aristotelem indicativus nullo loco adhibetur, sed videndum est, ne eorum locorum, ubi post μή elliptice usurpatum indicativus codicibus traditur, sententia alia sit atque eorum, quibus conjunctivus invenitur. Videamus igitur accuratius. Conjunctivus vulgo legitur: Pol. 1291. a. 7: ὁ τούτων οὐδὲν ἡττόν ἔστιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, εἰ μὲλλοντοι μὴ δογλεύσειν τοῖς ἐπιοῦσιν. μὴ γὰρ ἐν τῶν ἀδυνάτων οὐ πόλιν ἔξιν εἶναι καλεῖν τὴν φύσει δούλην, ubi conjunctivus οὐ ab indicativo ἔστιν valde differt. Eth. 1172. b. 36: οἱ δένιοτάμενοι οὓς οὐκ ἀγαθὸν οὐ πάντ' ἔφιεται μὴ οὐδὲν λέγωσιν, ubi codices deteriores Lb Nb λέγοντιν praebent. Eth. 1179. b. 24: ὁ δὲ λόγος καὶ η̄ διδαχὴ μὴ ποτ' οὐκ ἐν ἀπασιν ἴσχυν, ἀλλὰ δέη προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσιν (ita Bekk., Kb Lb ἴσχυει, Mb Ob ἐνισχύη, Lb δεῖ, Mb δεῖ), ubi ἴσχυν legendum videtur, contra utrum δεῖ an δέη scribendum sit dubitari potest, cum eam enuntiationis partem, quae a verbo ἀλλά incipit, non opus sit ex particula μή pendere. Ex locis, quos modo attuli, cum codices non inter se consentiant, colligi potest, illum particulae μή usum non ab omnibus librariis intellectum esse, quod si conceditur vix dubium erit, utrum indicativum ab Aristotele ipso adhibitum an a librarioris falso scriptum esse statuendum sit. Invenitur autem indicativus: Ethic. 1172. a. 33: μήποτε δὲ οὐ καλῶς τοῦτο λέγεται, Ethic. 1173. a. 22: εἰ δέν ταῖς ηδο-

*ναις, μήποτ' οὐ λέγοντοι τὸ αἰτιον, quos locos eorum ubi conjunctivus traditus est simillimos esse appetet. Cum autem Aristotelem in eodem libro ad eandem sententiam significandam modo conjunctivum modo indicativum adhibuisse minime verisimile sit, conjunctivum restituendum esse censem quod mutatione minutissima fieri elucet: 1172. a. 33: λέγεται-λέγηται, 1173. a. 22: λέγονται-λέγωσι. Quodsi ita de iis locis judicamus, etiam Polit. 1263. a. 41: μὴ γάρ οὐ μάτην τὴν πρός αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν, ἀλλ' εστι τοῦτο φυσικόν cet., ἔχῃ (quod jam Schneiderus et Coraes voluerunt) et Ethic. Eudem. 1244. a. 10: μὴ γάρ τι λέγει Εὐριπίδης cet., λέγη (cum editione Basil. 1539, Casaubono, Sylburgio) legendum est\*). μὴ οὐ, cf. G. Hermann. Viger. pag. 795 sqq., cum infinitivo perraro adhibetur (cum participio nisi fallor nullo loco): Metaph. 982. b. 31: διὸ καὶ δικαίως ἀν οὐκ ἀνθρωπίνη νομίζωτο αὐτῆς ἡ κτησίς πολλαχῷ γάρ ἡ φύσις δούλη τῶν ἀνθρώπων εστίν, ὅστε κατὰ Σιμωνίδην θεός ἀν μόνος τοῦτο ἔχοι γέρας, ἀνδρα δούκε ἀξιον μὴ οὐ δητεῖν τὴν καζ αὐτὸν ἐπιστήμην (cf. de eo loco Bonitz. comment. in Metaph. pag. 54, 55). Metaph. 1084. a. 1: ἔτι νάάγκη ἦτοι ἀπειρον τὸν ἀριθμὸν είναι ἡ πεπερασμένον χωριστὸν γάρ ποιοῦσι τὸν ἀριθμόν, ὅστε οὐχ οἶοντε μὴ οὐχι τούτων θάτερον ὑπάρχειν. Addo locum ex Magnis Moralibus 1210. a. 32: ἐὰν οὖν πλειώ ἀγαθά σύ μοι ποιῆς ἡ ἐγώ σοι, οὐδὲ ἀμφισβητῶ ἔτι μὴ οὐ δεῖν σε μᾶλλον ὑπὲ έμου φελεσθαι. Οὐ μὴ neque apud Aristotelem neque in libris pseudoaristoteleis neque apud Theophrastum invenitur, id quod par est, cum enim οὐ μή, cf. Franke. de partic. neg. III. Ipag. 18, gravissime et cum singulari quodam παθει rem neget, in talibus scriptis ferri nequit, quibus illud παθος non convenit; cf. Franke. I. 1. pag. 19.*

Addo nonnulla de particula μή in interrogatione obliqua adhibita, qui usus a nonnullis, sed sine dubio injuria, cum elliptico illo,

\* Theophrasti quoque usus pro nostra sententia facit. Cf. locos ex causis plantarum, quos Schneiderus in indice affert: II. 11. 10: ἀλλά μή κοτε οὐ τοῦτο γέ τὸ αἰτιον. I. 5. 3: ἀλλά μή κοτε οὐκ γέ τοῦτο ἀληθές (ubi erat γέ).

de quo vidi mus, confunditur. Particula ita adhibita vulgo cum indicativo construitur ita ut μή indicet eum qui dicat expectare ut affirmetur \*) sententia, μὴ οὐ ut negetur. Cf. Polit. 1339. b. 42: οὐ μὴν ἀλλὰ ἔητετον, μήποτε τοῦτο μὲν συμβέβηκε, τιμωτέρα δάντης ἡ φύσις ἐστὶν ἢ κατὰ τὴν εἰρημένην χρεῖαν. Pol. 1265. a. 28: καὶ τὸ πλῆθος δὲ τῆς κτήσεως ὅραν δεῖ, μήποτε βέλτιον ἑτέρως διορίσαι τῷ σαφῶς μᾶλλον. Phys. 259. b. 3: ταῦτα δὴ καὶ δόξαιν παρεῖχε, μήποτε ἐνδέχεται κίνησιν ἐγγίνεσθαι μὴ οὖσαν ὄλως, διὰ τὸ ἐν τούτοις ὅραν ἡμᾶς τοῦτο συμβαῖνον. μὴ οὐ invenitur: Ethic. 1159. a. 6: ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, μὴ ποτὲ οὐ βούλονται οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, οἷον θεοὺς εἰναι (cf. Fritzsche. ad h. l.). Indicativi loco etiam optativus cum ἀν póni potest, cf. Metaph. 1093. b. 5: ὅραν δὲ δεῖ, μὴ τοιαῦτα οὐδεῖς ἀν ἀπορήσειν οὐτε λέγειν οὐτ' εὑρίσκειν ἐν τοῖς αἰδίοις, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς φιλαρτοῖς. Etiam conjunctivus \*\*) adhibetur, cum in particula μή significatio probibendi et timendi quae videtur prima essē quodammodo remanserit, neque tamen praeter Metaphysicorum libros M et N \*\*\*) is usus certe constat. Cf. Metaph. 1090. b. 8: δεῖ δὴ καὶ τοῦτον ὅραν τὸν λόγον, μὴ λίαν ἢ μαλακός, ubi μὴ non vi finali adhibitum esse eo apparet, quod de aliorum philosophorum sententia Aristoteles dicit. 1079. b. 6: εἰ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς κοινοὺς λόγους ἐφαρμόττειν θήσομεν τοῖς εἰδεσιν, οἷον ἐπ' αὐτὸν τὸν κύκλον σχῆμα ἐπίπεδον καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ λόγον, τὸ δοῦ ἐστὶ προστεθῆσται, σκοπεῖν δεῖ, μὴ κενὸν ἢ τοῦτο παντελῆς. Pol. 1265. b. 24 et codices et editiones dissentiant, cf. Stahr. ad h. l., Bekkerus cum aliis legit: καὶ τὴν τῶν οἰκοπέδων δὲ διαιρεσιν δεῖ σκοπεῖν, μὴ ποτὲ οὐ συμφέρῃ πρὸς οἰκονομίαν, alii indicativum συμφέρει praeferunt. His assentiendum esse puto cum conjunctivus prae-

\*) Bäumleinum errare qui, cf. Untersuchungen über die griech. Modi pag. 101, aliam particulæ μή in interrogationibus obliquis adhibita vim esse censet, ex locis apparebit, quos ex Aristotele aferam.

\*\*) Cf. Krüger. Griechische Sprachlehre II. §. 69. 47. annot..

\*\*\*) De iis libris cf. V. Rose. I. l. pag. 156, 157.

ter illos locos ex Metaphysicorum libris M et N apud Aristotelem non inveniatur, indicativus autem in ipsis Politicis in usu sit, vid. pag. 58.

## Cap. VI.

### De particulis conditionalibus.

De particularum conditionalium usu apud Aristotelem cum dicturus sim, ante omnia de ea re disputandum est, num *εἰ* cum conjunctivo construatur. Cum enim eam dicendi rationem apud optimos scriptores Atticos inveniri quidem sed satis raro \*) plerique grammatici statuant, fuere qui contendenter, inde ab Aristotele eum usum increbruisse, sic Klotzius, cf. annot. ad Devarium pag. 506, dicit: „Sed Aristoteles jam saepius *εἰ* particulam compositum cum conjunctivo“. Exempla quae ille ad sententiam confirmandam affert haec sunt (locum ex lib. de somn. et vigil. praetermitto): Polit. 1261. a. 27: *βοηθείας γὰρ χάριν ή συμμαχία πέφυκεν, ὃσπερ ἀν εἰ σταθμὸς πλεῖον ἐλκύσῃ.* Pol. 1260. b. 31: *κανεὶς εἰ τινες ἔτεραι τυγχάνωσιν ἐπὸ τινῶν εἰρημέναι καὶ δοκοῦσαι καλῶς ἔχειν.* Pol. 1279. b. 22: *όμοιως δὲ πάλιν κανεὶς εἰ πον συμβαίνῃ τοὺς ἀπόρους ἐλάττους μὲν εἶναι τῶν εὐπόρων cet.. Ethic. 1132. a. 11: *λέγεται γὰρ ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν ἐπὶ τοὺς τοιούτους, κανεὶς εἰ μή τισιν αἰκεῖον ὅνομα ή, τὸ κέρδος.* Eth. 1150. a. 15: *μεταξὺ δὴ τῶν πλείστων εὗμεν κανεὶς εἰ φέπωσι μᾶλλον πρὸς τὰς χείρους.* Praeterea unum tantum locum inveni: Poet. 1447. a. 24: *ἀπασαὶ (scil. αἱ εἰρημέναι τέχναι) μὲν ποιοῦνται τὴν μίμησιν ἐν φυσικῷ καὶ λόγῳ καὶ**

\*) Cf. G. Hermann. de praceptis quibusdam Atticistarum opuse. I. 275—281, de particula *ἀν* opusc. IV. pag. 96 sqq., sed Hermanni sententia de ea re non eadem semper fuit, cum annot. ad Viger. pag. 828 dicat: „Attici contra *εἰ* non construunt cum conjunctivo“. Cf. praeterea Klotz. I. l. 499 sqq., Krüger. Griechische Sprachlehre. I. §. 54. 12. 3.

ἀρμονίᾳ. τούτοις δὴ χωρὶς ἡ μεμιγμένους, οἷον ἀρμονίᾳ μὲν καὶ φυσικῷ χρώμεναι μόνον ἡ τε αὐλητική καὶ ἡ μαδαριστική, καὶ εἴ τινες ἔτεραι τυγχάνωσιν οὖσαι τοιαῦται τὴν δύναμιν, οἷον ἡ τῶν συρίγγων.

Sed Ethic. 1150. a. 15 indicativus inest in codicibus, Eth. 1132. a. 11 Kb solus ἡ, Ob δοκῇ, ceteri εἰν̄ praebent. Restant igitur quattuor loci, ubi εἰ cum conjunctivo invenitur, omnes ita comparati, ut ἀν̄ particulae εἰ antecedat, aut enim ὥσπερ ἀν̄ εἰ aut καὶ εἰ dicitur. Itaque non sine causa maxime post ἀν̄ εἰ conjunctivum poni grammatici statuerunt, cf. G. Hermann. de particula ἀν̄ opusc. IV. pag. 102: „Saepe sic maxime apud Aristotelem εἰ praegresso ἀν̄“. Antequam igitur dijudicemus, utrum conjunctivus ferri possit necne, de locutionibus illis ὥσπερ ἀν̄ εἰ et καὶ εἰ dicendum est. ὥσπερ ἀν̄ εἰ \*) (atque simili modo καθάπερ ἀν̄ εἰ, ὃς ἀν̄ εἰ) per ellipsis quandam explicandum est, cum ad ὥσπερ ἀν̄ verbum quod antecedit vel verbum substantivum supplendum sit; cf. Bäumlein. Griechische Modi. pag. 381. Particulae εἰ autem vis cum ea dicendi ratione omnino non mutetur, post ὥσπερ ἀν̄ εἰ conjunctivum non defendi posse puto, nisi etiam post εἰ solum ponatur; quod cum nullo loco fiat, illo Politicorum loco optativum restituendum esse censeo: ὥσπερ ἀν̄ εἰ σταθμὸς πλε尤ον ἐλκύσειε. De ὥσπερ ἀν̄ εἰ addiderim, sensim in unam fere notionem coaluisse, ut etiam si nullum verbum esset, quo particula εἰ referretur, ὥσπερ ἀν̄ εἰ poni posset \*\*); Metaphys. 1074. b. 17: εἴτε γάρ μηδὲν νοεῖ, τι ἀν̄ εἰν̄ τὸ σεμνόν, ἀλλ’ ἔχει ὥσπερ ἀν̄ εἰ ὁ καθεύδων. Metaph. 1053. a. 35: Πρωταγόρας δ’ ἀνθρωπόν φησι πάντων εἶναι μέτρον, ὥσπερ ἀν̄ εἰ τὸν ἐπιστήμονα εἰπὼν ἡ τὸν αἰσθανόμενον. Phys. 223. b. 28: τοῦτο δ’ ὅτι ταῦτα πάντα, τῷ χρόνῳ κρίνεται, καὶ λαμβάνει τελευτὴν καὶ ἀρχὴν ὥσπερ ἀν̄ εἰ κατὰ τινα περίοδον. Poetic. 1460. b. 8: ἐπεὶ γάρ ἐστι μημηῆς ὁ ποιητὴς ὥσπερ ἀν̄ εἰ ζωγράφος ἡ τις ἄλλος εἰκονοποιός, ἀνάγκη μιμεῖσθαι τριῶν ὄντων cet.

De particulis καὶ εἰ cum et Buttmannus, ad Demosth. Mi-

\*) Cf. Klotz. I. l. pag. 769.

\*\*) Cf. Madvig. I. l. §. 139. c.

dianam §. 15, magis in universum et Vahlenius, cf. Beiträge zu Aristoteles Poetik pag. 35—37, Aristotelis usum respi- ciens optime disputaverint, pauca tantum habeo quae addam. Rectissime illi, ut hoc primum referam, statuerunt *καὶ εἰ* idem valere atque *καὶ ἀντὶ εἰ*<sup>\*)</sup> atque *ἀντὶ* non ad enuntiationem conditionalem, sed ad apodosin pertinere, ita ut *καὶ εἰ τοῦτο ποιοῖν*, *εὖτε ἀντὶ ποιοῖν* (ut exemplo utar quod Buttmannus afferit) mutaretur in: *καὶ εἰ τοῦτο ποιοῖν*, *εὖτε ποιεῖν*. Sed cum interpositum esset enuntiatum conditionale factum est ut vulgo *ἀντὶ* in apodosi repeteretur atque jam res eo processit ut, cum magis magisque scriptores obliviscerentur, quid illud *ἀντὶ* ante *εἰ* possum significaret, *καὶ εἰ* saepe nihil aliud valeret nisi *καὶ εἰ*. Id jam apud Platonem, Demosthenem, alias invenitur, sed apud nullum saepius quam apud Aristotelem, apud quem *καὶ εἰ* semper ita usurpatur ut si *καὶ εἰ* substitueremus <sup>\*\*)</sup> nihil desideremus. Inveniuntur tamen loci, ubi nihil impedit, quominus *ἀντὶ* ex verbo *καὶ* ad apodosin referamus. De anima 422. a. 11: διὸ καὶ εἰ ἐν ὑδατὶ εἶμεν, αἰσθανούμεθα ἀντὶ ἐμβληθέντος τοῦ γλυκέος. Metaph. 1040. b. 34: καίτοι καὶ εἰ μὴ ἐωράκειμεν τὰ ἀστρα, οὐδὲν ἀντὶ τοτού οἷμα ἡσαν οὐσίαι αἰδιαι παρ' ἄς ἥμεταις γέδειμεν. καὶ-ἀντὶ εἰ verbo inter καὶ et ἀντὶ interposito inventur: Polit. 1290. b. 4: καὶ γάρ ἀντὶ εἰ κατὰ μέγεθός διενέμοντο τὰς ἀρχάς, ὥστετε ἐν Αἰδιοπίᾳ φασὶ τινες, η̄ κατὰ καλλος, ὀλιγαρχία ἦν ἀντὶ. Sed multo saepius omnino nulla apodusis est ad quam ἀντὶ referri possit, maxime in Politicis, in quibus, ut exemplum afferam, saepe compluribus rebus enumeratis postremo loco verbis *καὶ εἰ* aliquid additur, quod magis generale est. Cf. Pol. 1257. a. 38: οἷον σίδηρος καὶ ἄργυρος καὶ εἰ τι τοιούτον ἔτερον. 1341. a. 17—19: δῆλον δὲ ἐκ τούτων καὶ ποίους ὄργανους χρηστέον. οὕτε γάρ αὐλοὺς εἰς παιδείαν ἀκτέον οὔτ' ἄλλο τεχνικὸν ὄργανον, οἷον κιθάραν καὶ εἰ τι τοιούτον ἔτερόν ἔστιν. 1269. b. 26: ἐξω Κελτῶν η̄ καὶ εἰ τινες ἔτεροι φανερῶς τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνονοσίαν. 1340.

<sup>\*)</sup> Cf. Bonitz. Jenaische Literaturzeitung 1845. pag. 850, 851, ubi probavit, *καὶ εἰ* non particularum *καὶ δὲ εἰ* loco positum esse.

<sup>\*\*)</sup>  Scaliger ubique in libris Aristoteleis pro *καὶ εἰ* *καὶ εἰ* scripsit.

a. 37: οὐ μὴν ἀλλ' ὅσον διαφέρει καὶ περὶ τὴν τούτων θεωρίαν, δεῖ μὴ τὰ Πανάσωνος θεωρεῖν τὸν γέοντας, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου κανεὶς εἰς τις ἄλλος τῶν γραφέων ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἔστιν ἡθικός. 1323. a. 2: ἴδιᾳ δὲ ταῖς σχολαστικωτέραις καὶ μᾶλλον εὐνημερούσαις πόλεσιν, ἔτι δὲ φροντιζούσαις εὐκοσμίας, γνωνάκιονομία, νομοφυλακία, παιδονομία, γνμνασιαρχία, πρὸς δὲ τούτους περὶ ἀγῶνας ἐπιμέλεια γνμνικούς καὶ Διονυσιακούς κανεὶς τινες ἐτέρας συμβαίνει τοιαύτας γίνεσθαι θεωρίας. 1290. a. 1, 1291. b. 27. Ubique κανεὶς εἰ idem valere atque καὶ εἰ locorum ipsorum ratione atque talibus locis demonstratur, quibus καὶ εἰ prorsus eodem modo adhibetur. Cf. Ethic. 1102. a. 10: παραδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοδέτας, καὶ εἰ τινες ἔτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται. Rhet. 1396. a. 16—20: ὅμοιοις δὲ καὶ ψέγονσιν ἐκ τῶν ἐναντίων, σκοποῦντες τί ὑπάρχει τοιοῦτοι αὐτοῖς ἢ δοκεῖ ὑπάρχειν, οἷον ὅτι τοὺς Ἑλληνας κατεδουλώσαντο, καὶ τοὺς πρὸς τὸν βάρβαρον συμμαχεσαμένους καὶ ἀριστεύσαντας ἡνδραποδίσαντο Αἰγινήτας καὶ Ποτιδαιάτας, καὶ ὅσα ἀλλα τοιαῦτα, καὶ εἰ τι ἄλλο τοιοῦτον ἀμάρτημα ὑπάρχει αὐτοῖς. Sed etiam aliis rationibus κανεὶς εἰ eodem modo atque καὶ εἰ usurpatur, Pol. 1278. b. 6: ἐπεὶ δὲ ταῦτα διώρισται, τὸ μετὰ ταῦτα σκεπτέον πότερον μίαν θετίον πολιτείαν ἢ πλείονς, κανεὶς εἰ πλείονς, τίνες καὶ πόσαι εἴησαν. 1326. a. 16: οὐ μὴν ἀλλὰ κανεὶς εἰ δεῖ κρίνειν πρὸς τὸ πλῆθος ἀποβλέποντας, οὐ κατὰ τὸ τυχόν πλῆθος τοῦτο οἰητέον cet.. Simili modo κανεὶς εἰ etiam in ceteris scriptis adhibetur, sed saepius praeter Politica in Metaphysicis tantum\*), rarius in ceteris, maxime in Rheticis, ubi semel 1354. a. 25 usurpatur.

Dignissimum quod afferatur videtur hoc esse, κανεὶς εἰ neque apud Theophrastum neque in scriptis pseudoaristoteleis inveniri, praeter Ethica Eudemia, ubi cf. 1216. b. 1, 1222. b. 36, 1237. a. 21, 1240. a. 26, 1243. b. 10. Itaque usus ille particularum κανεὶς εἰ videtur post Aristotelis tempus abolevisse, quae res argumentum haud exiguum est, Ethica Eudemia inter

\*) Differunt autem libri, cum κανεὶς εἰ in aliis saepius (in A, B), in aliis omnino non (in α, Δ, Κ, Λ) inveniatur.

omnia scripta, de quorum auctore dubitatur, maxime accedere \*) ad Aristotelis et tempus et dicendi rationem. Theophrastus (monographia de talibus rebus quae minimae videntur quia ex iis maxime perspicitur quid cuique scriptori proprium sit) simili modo, atque Aristoteles κάνει εἰ τις vel καὶ εἰ τις, καὶ εἰ δή τις adhibet. Cf. histor. plant. II. 1. .3: αὐτη γὰρ οὐδὲ ἀπὸ τῆς πρώτας ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ κλήματος φύεται καὶ εἰ δή τι τοιοῦτον ἔτερον η̄ δένδρον η̄ φυνανῶδες. II. 2. 10: καθάπερ τὸ πέρσιον τὸ έξ Αἰγύπτουν καὶ οἱ φοῖνιξ ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ εἰ δή τις κομίσει τὴν ἐν Κρήτῃ λεγομένην αἴγειρον. III. 2. 1: ἀπαντα γὰρ οὖτως πλὴν εἰ τι σπάνιον ὅσπερ ἐπὶ τῶν κρανείων καὶ τῶν οὐσιῶν, ταῦτα γὰρ δή φασιν πεπαίτερα καὶ ηδύτερα τὰ ἄγρια τῶν ημέρων εἶναι καὶ εἰ δή τι ἄλλο μὴ ἀνδέχεται γεωργίαν η̄ δένδρον cet..

Sed revertendum est ad Aristotelem ut jam dijudicemus, num conjunctivus post κάνει εἰ ferri possit. Et quidem his causis permotus ferri posse nego: primum quod usus particulae εἰ in κάνει εἰ nullo modo distat a vulgari ratione qua εἰ adhibetur, nullus autem locus exstat, ubi εἰ non praecedente ἀν cum conjunctivo construitur; alterum quod loci ubi conjunctivus codicibus traditur eorum simillimi sunt, ubi codices indicativum praebent; tertium quod talibus modo locis conjunctivus invenitur, ubi minima mutatione ex indicativo nasci potuit: Pol. 1279. b. 22: συμβαίνῃ—συμβαίνει, Pol. 1260. b. 31 et Poetic. 1447. a. 24: τνγχάνωσιν—τνγχάνόσιν; postremum quod facilissime fieri potuit, ut librarii cum illam dicendi rationem non intelligerent indicativum in conjunctivum mutarent. Quae cum ita sint, Bekkero assentiendum esse puto qui illis Politicorum locis et Vahlenio qui Poeticorum loco indicativum restituit. Itaque conjunctivum post εἰ ab Aristotele non adhiberi censeo.

Num idem valeat de scriptis pseudoaristoteleis certe confir-

---

\*) Ethicorum Eudemiorum dicendi rationem prorsus fere cum libris Aristoteleis consentire, eo magis miramur, quod Theophrastus ab Aristotle valde distat, atque ea maxime res efficit, ut quodammodo dubitemnum ab omni parte vera sint quae nunc homines docti de Eudemo Ethicorum illorum auctore statuunt. Quomodo enim explicas, Theophrastum permultis rebus ab Aristotle differre, Eudemum fere nullis?

mare haud ausus sim. In Ethicis Eudemii quidem, ut de iis tantum dicam, si cum conjunctivo his locis codicibus traditur: 1229. b. 40: δει γαρ, ει η ἀνθρωπος, λογισμὸν ἐνειναι καὶ ἀρχὴν καὶ πρᾶξιν. 1224. b. 6: οὐ μην ἄλλ’ ει τις προσθῇ τὸ ἐν τῷ διορισμῷ προσκείμενον κάκει, λύεται τὸ λεχθέν. 1225. a. 14: ει γαρ ἵνα μὴ λάβῃ ψηλαφῶν ἀποκτείνῃ, γελοῖος ἀν εἰη ει λέγοι ὅτι βίᾳ καὶ ἀναγκαζόμενος. Sed dissentiant homines docti, quid de iis locis statuendum sit. Fritzschius enim, cf. epistola critica de locis quibusdam Eudemorum pag. 16, cum, 1219. b. 40 conjunctivum defendens, 1225. a. 14 ἀποκτείνῃ in ἀποκτείνοι mutasset; in éditione Ethicorum Eudemiorum eam conjecturam retractavit. Contra Spengelium conjunctivus offendit, cum dicat (Aristotelische Studien II. 10) ad l. 1219. b. 40: „ει η ἀνθρωπος fortasse recentioris aetatis vestigium. Eudemus certe ita non scripsit pro ει ἔστιν“ (fortasse ita locum sanare possumus ut pro ει η ἀνθρωπος legamus η ἀνθρωπος), ad l. 1224. b. 6 (l. l. pag. 15): „aut προσθείη τὸ aut si medium in usu est facilius προσθείτο τὸ“, ad l. 1225. a. 14 (pag. 16): „scrib. ἀποκτείνοι“. Cum Ethica Eudemia dicendi ratione minime ab Aristotele differant atque codicibus male tradita esse constet, Spengelio potius quam Fritzschio ut assentiam inclino \*).

De particularum conditionalium usu apud Aristotelem addo, cum εἰπερ, cf. Fritzsche. ad Ethic. 1165. b. 14, in omnibus

\*) Particulam si saepissime excidisse addiderim. Restituta est, ut nonnulla exempla afferam, Polit. 1287. b. 6 a Schneidero secundum versionem Gulielmi de Moerbecka et Aretini, quem secuti sunt Coraes et Rassowius, cf. Jahresbericht über das Weimar. Gymnas. 1864. pag. 12; Ethic. 1147. b. 17 a Rassowio, cf. Jahresbericht über das Weimar. Gymnas. 1862. pag. 26; Physic. 202. a. 3 a Prantlio, vid. ad h. l. Ethic. Eudem. 1220. b. 4, ubi in codicibus haec verba insunt: οὐδὲ γαρ ἀν μυριάνις ρίψης ἀν τὸν λίθον, οὐδέποτε ποιήσει τοῦτο μὴ βίᾳ, Spengelius de verbis μὴ βίᾳ dicit: „num hoc graecum pro μὴ βιαζόμενος vel si μὴ βίᾳ“, cf. Aristotelische Studien. II. pag. 10. Hujus loci simillimos complures inveni; ut unum afferam, qui ipse quoque in Eudemii inveniatur, cf. 1249. a. 19, ubi codices habent: οὐ γίνεται δὲ ήδονή μη ἐν πράξει, sed si quid video οὐ γίνεται δὲ ήδονή ει μη ἐν πράξει legendum est (quam facile si post ήδονή omitti posset elucet).

scriptis haud raro adhibeatur, nullo loco *eἰπερ γε* inveniri nisi Metaph. 1071: b. 22: *ἀἰδίονς γὰρ δεῖ, εἰπερ γε καὶ ἄλλο τι* *ἀἰδίοις*, sed cum eo loco *γέ* in optimo codice Ab et codice T non insit delendum est. Rursus igitur apparet, quod jam saepe vidimus, veram lectionem, cum inveniatur in optimo codice, ab editoribus non receptam esse. 'Αλλ' *εἰπερ*, cf. Fritzsche, ad Eth. 1155. b. 30, saepe elliptice sine verbo adhibetur, v. Metaph. 1044. a. 9—11: *καὶ ὥσπερ οἵδε ὁ ἀριθμὸς ἔχει τὸ μᾶλ-* *λον καὶ ἡττον, οἵδε η κατὰ τὸ εἶδος οὐσία, αἷλλ' εἰπερ, η μετὰ* *τῆς ἔλης.* 992. b. 22, 1055. b. 10, 1070. a. 17. 'Εάν et ἀν (saepissime *καῦν*) cum permultis locis inveniantur, *ην* nullo loco in optimis codicibus insit, miror editores Poetic. 1457. a. 3 contra auctoritatem codicis Ac *ην μὴ ἀριθττη* scripsisse \*). Ethic. 1167. b. 33 per anacoluthiam quandam post particulam *ἐὰν* secundum usum vulgarem cum conjunctivo constructam optatus cum *ἀν* sequitur: *οἱ δὲ εὖ πεποιηκότες φιλούσαι καὶ ἀγα-* *πῶσι τοὺς πεπονθότας, καν μηδὲν ὅσι χρήσμου μηδὲ εἰς ὕστε-* *ρον γένοιντ' ἀν,* cf. ea quae Fritzschius in editione ad locum explicandum affert. *ἐάνπερ* non saepe invenitur, cf. Rhetor. 1417. b. 13, Polit. 1313. a. 4, Metaph. 1003. a. 16, 1038. a. 13, Phys. 215. a. 2, 218. a. 4.

## Cap. VII.

### De particulis temporalibus.

De particulis temporalibus cum de *πρίν* pag. 5—8 viderimus pauca afferre satis erit. Primum particulas *ἔως*, *ἕωςτε*, *ἄχρι*, *μέχρι* tractabo. *ἔως* cum genitivo, quod apud scriptores optimos

\*) Lectio codicis Ac, de quo cf. Susemihl. praef. ad edit. Poetic. pag. VI: *ην μὴ ἀριθττη* retinenda est.

rarissime \*) inventur, apud Aristotelem quoque paucis tantum locis adhibetur; Metaph. 1050. b. 5, Ethic. 1159. a. 4, 1173. a. 27. Ἔως conjunctionis loco apud Aristotelem cum indicativo raro construitur, quod minime offendit, cum magis ad rerum scriptorum quam ad philosophorum dicendi rationem quadrare videatur; cf. Pol. 1304. b. 37, 1305. b. 6, 1307. a. 33, (loci inveniuntur in octavo libro \*\*), in quo Aristoteles saepius res gestas respicit), 1338. b. 25; Rhet. 1407. a. 23; de anima 435. a. 3: μέχρι τούτον ἐκπηδή, ἔως ἐβαψεν. Cum conjunctivo autem ἔως saepissime jungitur, ita ut cum conjunctivo praesentis indicet rem quandam durare per aliquod tempus; cum conjunctivo aoristi eam durare usque ad aliquod temporis momentum; cf. 'Bäumlein. Griechische Modi. pag. 232; unum tantum locum inveni, qui aliter comparatus est: Ethic. 1134. b. 9: οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὐτοῦ ἀπλῆς, τὸ δὲ κτῆμα καὶ τὸ τέκνον ἔως ἂν ἡ πηδίκον καὶ μὴ χωρισθῆ, ὥσπερ μέρος αὐτοῦ, de quo loco quid statuendum sit eo magis dubito quod codices dissentunt, μή enim non inest in Kb et Ob. Ad ἔως cum conjunctivo vulgo ἀν additur praeter hunc Politieorum locum 1267. b. 3: ἔτι δὴ πονηρία τῶν ἀνθρώπων ἀπληστον, καὶ τὸ πρῶτον μὲν ικανὸν διωβολία μόνον, ὅταν δῆδη τοῦτ' ἡ πάτριον, δεῖ δέονται τοῦ πλείονος ἔως εἰς ἀπειρον ἐλθωσιν, sed cum permultis locis simillimis ἀν adhibeatur, ex quibus afferro Polit. 1307. b. 5: ὅταν γάρ τι προωνται τῶν πρὸς τὴν πολιτείαν, μετὰ τούτο καὶ ἄλλο μικρῷ μείζον εὐχερέστερον κινοῦσιν, ἔως ἂν πάντα κινήσωσι τὸν κόσμον, neque quod librorum pseudo-aristoteleorum \*\*\*) nonnullis locis ἔως cum conjunctivo sine particula ἀν invenitur, quidquam ad Aristotelis ipsius usum efficiat, ἀν inserendum esse puto; quod eo minus offendit quia in Politicis saepissime verba exciderunt †).

\*) Cf. Klotz. I. I. pag. 564, Krüger. Griechische Sprachlehre. I. §. 68. 2. 1.

\*\*) Ut nunc libri collocantur, v. Spengel. Abhandl. der bayr. Acad. der Wissenschaften. Philos.-philol. Classe. V. 1—49.

\*\*\*) Cf. Œconomic. 1351. a. 5, 1352. b. 10.

†) De Politieorum textu quid in universum censem sub finem dissertationis exponam cum hoc loco de ea re dicere longum sit. De particula

**Μέχρι** conjunctionis loco ita ut cum conjunctivo construatur, fere solum in Politicis in usum venit. Cf. μέχρι (ς) οὐν̄ cum conjunctivo: Polit. 1256. b. 11, de anim. 435. a. 7; μέχρι (ς) ἀν̄ cum conjunctivo: Pol. 1319. b. 13, 1341. a. 13. Ἄχρι cum apud optimos scriptores Atticos raro \*) inveniatur non offendimus quod apud Aristotelem omnino non in usu sit, sed eo magis mirum est, apud Theophrastum satis multis locis adhiberi. Invenitur enim in histor. plant. praepositionis loco: IV. 13. 3, VI. 5. 2, VII. 2. 5, 7. 4, 11. 3, 11. 4, VIII. 10. 4, IX. 4. 10, 14. 2. Ἄχρι οὐν̄ ἀν̄ cum conjunctivo: II. 5. 4, II. 5. 5. Ἄχρι οὐν̄ cum conjunctivo sine ἀν̄: V. 1. 8: αὐτέλανται δὲ πρῶτον εἰς μῆκος Ἄχρι οὐν̄ δὴ αφίκηται, ubi quominus ἀν̄ inserendum esse putemus, loco hujus simili de causa. plant. III. 16. 3 impedimur, quem Schneiderus in indice affert: Ἄχρι οὐν̄ πεπανθωσιν. Frequens is usus particulae ab Aristotele prorsus alienae, atque multa alia quibus Theophrasti dicendi ratio ab illo distat \*\*), perspicue demonstrant, nullo modo sententiam Jesseni accipi posse, qui libros de plantis (et histor. plant. et de caus. plant.) opinatur Aristoteli ipsi tribuendos esse \*\*\*). Etiam in libro de mundo Ἄχρι invenitur, cf. 395. a. 22, 397. b. 29, εστε omnino non in usu est.

Ότε utrum cum indicativo an cum optativo ponatur, ab Aristotele accurate distinguitur, cf. Polit. 1286. b. 35 sqq.: δεῖ γὰρ αὐτὸν μὲν ἔχειν ισχύν, είναι δὲ τοσαντην τὴν ισχὺν, ὅστε ἐκάστοτε μὲν καὶ ἐνδὲ καὶ συμπλεόνων κρίττω, τοῦ δὲ πλήνους ἥττω, καθάπερ οἱ τ' ἀρχαῖοι τὰς φυλακὰς ἐδίδοσαν, ὅτε καθισταῖν τινα τῆς πόλεως, ὃν ἐκάλουν αἰσχυνήτην ἢ τύραννον, καὶ Διονυσίῳ τις, ὅτ' ἤτε τοὺς φύλακας, συνεβούλευε τοὺς Συρακουσίους διδόναι τοσούτους τοὺς φύλακας. Όπότε sine

\*) maxime apud optativum omessa cf. Fritzsche. ad Ethic. 1170. b. 24. Malim autem librariis quam Aristoteli id tribuere, quia locis similissimis permultis ἀν̄ invenitur atque ea particula facile excidere potuit. Ut ex uno scripto exempla afferam cf. Ethic. Eudem. 1225. b. 18, 1229. b. 34, 38, 1230. a. 17, 1249. b. 11.

\*\*) v. Krüger. Griechische Sprachlehre I. §. 69. 18.

\*\*\*) Cf. pag. 12, 33, 36, 49, 51, 62, 68.

\*\*\*\*) Cf. Rheinisches Museum. Neue Folge. vol. 14. pag. 88—101.

$\delta\nu$  videtur apud Aristotelem ipsum nullo loco inveniri, contra in altero Oeconomicorum libro 1348. a. 18, 22, 1350. a. 9, b. 13, 1353. a. 26, apud Theophrastum histor. pl. IX. 18. 4. Ἐπειδὴ in nonnullis libris pseudoaristoteleis maxime in Magnis Moralibus saepius adhibetur ubi secundum vulgarem optimorum scriptorum atque Aristotelis ipsius usum ἐπεί sufficeret, quo factum est ut in Magnis Moralibus ἐπειδὴ multo saepius quam in ulla Aristotelis scripto inveniatur. Loci enim sunt: 1181. a. 24, 1184. a. 17, b. 36 (ἐπειδήπερ), 1185. a. 15 (ἐπειδήπερ), 1187. a. 37, b. 5, 12, 20 (ἐπειδήπερ), 1190. a. 26, b. 21, 1191. a. 15, b. 30, 1192. a. 6, b. 12, 1193. b. 23, 1196. b. 4, 35, 1197. a. 6, 1200. a. 30 (ἐπειδήπερ), 1202. b. 9, 1204. a. 19 (ἐπειδήπερ), a. 30 (ἐπειδήπερ), b. 24, 25, 1205. a. 12, 14, 1206. a. 37, b. 30, 1207. b. 20, 27, 1208. a. 12, b. 4, 1209. a. 11, 1211. a. 25, 29, 31, 1212. b. 10. (in Ethicis Nicomacheis ἐπειδὴ adhibetur: 1095. a. 5, 14, 1101. a. 17, 1102. b. 12, 1112. b. 13, 1139. a. 22, 1144. a. 32, 1169. b. 25, 1176. a. 31, 1178. b. 28, 1180. a. 2). Ήνίκα apud Aristotelem non in usu est, apud Theophrastum histor. plant. IV. 3. 2, IV. 11. 4, Charact. 13. 2 (Schn.).

Restat ut de particulis temporalibus cum  $\delta\nu$  compositis dicamus: ὄταν, ὄπόταν, ἐπάν, ἐπειδάν, ἡνίκ  $\delta\nu$ . ὄταν in omnibus Aristotelis scriptis saepissime invenitur, ἡνίκ  $\delta\nu$  nisi fallor omnino non in usu est; contra ceterae particulae, cum in Politicis, Metaphysicis, Physicis (quae scripta saepissime inter se consentiunt, differunt a ceteris), Poeticis (sed propter exiguum eorum ambitum ex ea re nihil effici potest) nullo loco adhibentur, in Ethicis, libris de anima, Rheticis usurpantur quidem neque vero pari numero. Ex Ethicis enim hi loci afferri possunt: ἐπειδάν 1100. a. 12, b. 31, 1164. a. 6, 9, 1165. a. 6, 1174. b. 28; ἐπάν\*) 1132. a. 32; ὄπόταν 1110. a. 2; ex libris de anima: ἐπειδάν 402. b. 22, 408. a. 7, ὄπόταν 417. b. 24; ex Rheticis: ἐπειδάν 1379. b. 1. In scriptis pseudoaristoteleis et Theophrasteis (sc. in iis quae evolvi) illae particu-

\*) ἐπάν etiam apud ceteros scriptores multo rarius quam ἐπειδάν invenitur, v. Krüger. Griechische Sprachlehre. I. §. 54. 16. 4.

lae his locis inveniuntur: ἐπειδάν: Magn. Mor. 1191. a. 3, 1199. b. 36, Rhetor. ad Alex. 1446. a. 28, Physiogn. 805. b. 17, 811. b. 37, de mundo 395. a. 18, 399. b. 2; Theophr. hist. plant. II. 7. 3, 8. 2, IV. 4. 2, 8. 5, 13. 6. ἐτάν: Physiogn. 809. a. 35, Rhetor. ad Alex. 1433. a. 17; Theophr. hist. plant. IV. 8. 11, V. 7. 2, Charact. 26; 2 (Schn.). ὄπόταν: Ethic. Eud. 1217. a. 13; Theophr. hist. plant. II. 6. 4, IV. 7. 3. ἡρικάν: Rhetor. ad Alex. 1434. b. 26.

## Cap. VIII.

### De particulis $\eta$ et $\tauοi$ .

Ex particularum  $\eta$  et  $\tauοi$  usu perspicue appareat quantopere Aristotelis dicendi ratio ab optimis Atticis distet, cum tales particulas, quarum usus apud eos latissime patet, aut omnino non aut multo rarius adhibeat. Particula  $\eta$  enim videtur ab Aristotele nullo loco usurpata esse. Modo Polit. 1264. b. 9, v. pag. 48—49, nonnullis codicibus praebetur  $\eta$  πον γε δη, sed eam dicendi rationem ab Aristotelis usu prorsus alienam esse et supra vidimus et hoc ipso appareat, quod nullo alio loco  $\eta$  invenitur. Itaque conjecturis omnibus repugnandum est, quibus in Aristotelem vel in libros pseudoaristoteeos (neque enim in ea re ab Aristotele differunt)  $\eta$  infertur; sic ut exemplum afferam non recte Fritzschius Ethic. Eudem. 1233. a. 27 scripsit: ει \*) γὰρ μεγάλων αἵτινων χαῖνος ην, η (η in codicibus) ἐλαττόνων έτι. Neque hoc quod Scaliger, cf. Oncken. Eos I. 219, Magn. Moral. 1203. a. 24 proposuit: η δῆλον ὅτι οὐτοι (in cod. η δῆλον ὅτι οὐτοι) ferri potest, neque enim η neque οὐτοι ita in libris Aristoteleis et subditiciis adhibetur, ita ut is locus perspicue demonstret, in quantos errores etiam homines ingeniosissimi in-

\*) η Mb, si Pb.

cidere possint, si ex vulgari scriptorum Atticorum usu Aristotelis libros corrigere conantur. Apud Aristotelem autem particulam ἡ Platoni familiarissimam omnino non inveniri propterea non offendit quod ἡ cum affectu quodam confirmat, id quod minime quadrat ad Aristotelis dicendi rationem.

Particula *toi*<sup>\*)</sup> invenitur quidem apud Aristotelem, sed ejus usus finibus multo artioribus quam apud Atticos circumscriptus est. Primum post *ov*' ita adhibetur, ut restrictionem indicet, quam ob rem particula γέ ubique additur. Antequam vero locos singulos afferam, cum in codicibus saepissime οὐτοὶ et οὐτὶ confundantur, cf. F. V. Fritzsch. quaestiones Lucianeae pag. 20, Hartung. I. l. II. pag. 155 et 368, hoc videtur praemittendum esse, οὐτοὶ ita distare ab οὐτὶ, ut illud sententiam restringi significet, cum τι ad οὐ addito nihil aliud nisi particulae negantis vis prematur \*\*). Itaque Astius, cf. lexic. Plat. II. pag. 493, οὐτοὶ vertit: „non vero“, „haud sane“, „neque tamen“, οὐτὶ: „neutquam“, „haudquaque“. Jam de singulis locis facilius erit judicatu. Pol. 1315. a. 10: ἐὰν δέρα τινὰ δέη ποιῆσαι μέγαν, μήτοι τό γε ἥδος θρασύν codices et editiones consentiunt. Metaph. 1035. a. 30: ὅσα δὲ μὴ συνείληπται τῇ ὑλῇ ἀλλ' ἀνεν ὕλῃ, ὅν οἱ λόγοι τοῦ εἰδονς μόνον, ταῦτα δ' οὐ φθείρεται, ἡ ὕλως ἡ οὐτοὶ οὐτῷ γε (codex Ab recte quidem omnes literas praebet, sed male conjunctas: ἡ οὐ τοιούτῳ γε, contra E: ἡ οὐτὶ οὐτῷ γε). Dissentient codices: Pol. 1308. b. 15: κοινὸν δὲ καὶ ἐν δίμῳ καὶ ὀλυμπίᾳ [καὶ μοναρχίᾳ] καὶ πάσῃ πολιτείᾳ μήτ' ανξάρειν λιαν μηδένα παρὰ τὴν συμμετρίαν, ἀλλὰ μᾶλλον πειράσθαι μικρὰς καὶ πολυχρονίονς διδόναι τιμὰς ἡ ταχὺ μεγάλας (διαφθείρονται γάρ, καὶ φέρεν οὐ παντὸς ἀνδρὸς εὐτυχίαν), εἰ δὲ μή, μήτοι γ' ἀδρόας δόνταις ἀφαιρέσθαι πάλιν ἀδρόας, ἀλλ' ἐν προσαγωγῇ, ubi sententiam quae antecedit restringi verbis εἰ δὲ μή probatur, ita ut sine dubio μήτοι legendum sit (μήτι cod. Ib Vb Rb, editores

\*) Cf. Schömann. Lehre von den Redetheilen. pag. 199, 200.

\*\*) Cf. Franke de particulis negantibus linguae graecae comment. II. pag. 24: „οὐτὶ quod ut interdum οὐδέν, cum vi quadam pro simplici οὐ usurpatur (keineswegs, gar nicht, propre in keinem Stücke)“ sqq..

μήτοι). Pol. 1320. a. 16: δεῖ δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ πάντας μάλιστα μὲν εἴνους εἶναι τοὺς πολίτας, εἰ δὲ μή, μήτοι γε ὡς πολεμίους νομίζειν τοὺς χυρίους (οὗτι cod. Ib Rb, editores ante Schneid.). Pol. 1282. a. 11: εἰ γὰρ καὶ περὶ ἐνίων ἔργων καὶ τεχνῶν μετέχογοι καὶ τῶν ιδιωτῶν τινές ἀλλ' οὗτοι τῶν εἰδότων γε μᾶλλον, οὗτοι codex B solus habet (vid. Stabrii editionem), ex editoribus malebat Coraes, scripsit Bekkerus in editione minore, nisi fallor recte cum particula desideretur, quae restri-  
γat. Restant duo loci ubi et codices et editores omnes in apodosi enuntiationis conditionalis οὗτι habent: Metaph. 1075. b. 28, Phys. 254. a. 26. Met. 1075. b. 28 verba sunt: *si δέσται τὰ εἴδη η̄ αριθμοί, οὐδενὸς αἰτιας εἰ δὲ μή, οὗτι κυνῆσεσί γε.* Quid de loco statuendum sit, maxime ex hac re pendet, quo-  
modo εἰ δὲ μή intelligamus. Verbis εἰ δέσται εἰ δὲ μή opponi nequit cum illa verbis εἴτε μη̄ δέσται παρὰ τὰ αἰσθητὰ ἄλλα (v. 24) respondeant. Quae cum ita sint, εἰ δὲ μή verbis quae proxime antecedunt οὐδενὸς αἰτια opponi oportet, ut sententia sit: „*si minus id fit*“: scilicet „*nullius esse causas*“ (οὐδενὸς αἰτια), id est: „*si vero eius rei causae sunt*“. εἰ δὲ μή enim enuntiatio negativo ut apud optimos \*) scriptores ita apud Aristotelem \*\*) quoque haud raro opponitur. Itaque totius enuntiati sententia, ut verbis utamur, quibus Bessarion optime locum ver-  
tit, haec est: „*si autem erunt species aut numeri, nullius causae erunt, si vero, non saltem ipsius motus*“, quae sententia ut in verbis insit οὗτοι in οὗτοι mutandum est. Phys. 254. a. 26 le-  
gitur: εἰ γὰρ καὶ κατ' ἀλήθειαν οὗτως ἔχει, καθάπερ φασὶ τινες εἶναι τὸ ὃν ἀπειρον καὶ ἀκίνητον, ἀλλ' οὗτοι φαίνεται γε κατὰ τὴν αἰσθησιν ἄλλα κινεῖσθαι (ita codic. EK, Bekkerus in utraque editione, Prantlius; κυνέεται cod. FHI, edit. Didotiana).

\*) Cf. Krüger. Griechische Sprachlehre I. §. 65. 5. 12.

\*\*) Cf. Polit. 1317. b. 13—16: τῆς μὲν οὖν δημοκρατίας ὅρος οὗτος δεύτερος, ἐντεῦθεν δὲ οὐδὲ τὸ μὴ ἀρχεσθαι, μάλιστα μὲν ὑπὸ μηδενός, εἰ δὲ μή, κατὰ μέρος. Poet. 1460. a. 27—29: τούς τε λόγους μὴ συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων, ἀλλά μάλιστα μὲν μηδὲν ἔχων ἀλογον, εἰ δὲ μή, ἔξω τοῦ μιθεύματος. Rhetor. 1418. a. 9—10: καὶ μη̄ καὶ τάνταν ἴνδυμάτα ζητεῖν, εἰ δὲ μή, ποιήσας ὅπερ ἔνιοι κοινοῦσι τῶν φηλοσοφούντων αզο.

πολλὰ τῶν ὄντων, sed ex locis simillimis quos attulimus, cf. Pol. 1282. a. 11, lectionem codicis I (de cuius fide cf. pag. 9) οὐται recipiendam esse apparet.

Alius particulae *toi* usus invenitur: Pol. 1281. a. 12: ἔχει δ' ἀπορίαν, τί δεῖ τὸ κύριον εἶναι τῆς πόλεως ἢ γάρ τοι τὸ πλῆθος, ἢ τοὺς πλούσιον, ἢ τοὺς ἐπιεικεῖς, ἢ τὸν βέλτιστον ἓντα πάντων ἢ τέραννον. Phys. 254. a. 18: ἢ γάρ τοι πάντα ἡρεμεῖ ἢ πάντα κινεῖται, ἢ τὰ μὲν ἡρεμεῖ τὰ δὲ κινεῖται τῶν ὄντων, ubi codex K ἡτοι γάρ praebet quam lectionem quamquam multum abest ut accipiendam esse censeam, indicare tamen puto quo modo ἢ γάρ τοι explicandum sit. Cum enim γάρ τοι non praecedente ἢ nusquam apud Aristotelem inveniatur, *toi* ad ἢ videtur referendum esse, ita ut γάρ inter particulas eas quae vulgo conjunguntur in medio interpositum sit. Particulam *toi* autem post ἢ altero ἢ sequente adhibitam verbum primo loco positum quodammodo premiere constat, quae ratio ut clarius significaretur optimi scriptores Attici \*) haud raro post ἡτοι γέ adhibuerunt (etiam apud poetas qui Aristotelis tempore vixerunt is usus invenitur, cf. Menander. Meinecke. comici Graec. (edit. min.) incert. f. frg. LVIII. v. 2); contra apud Aristotelem ἡτοι-γέ ἢ nusquam inveni \*\*). ἡτοι-ἢ autem saepissime in usu est in Physicis (fere viginti sex locis), saepe in Metaphysicis, libris de anima, Politicis; in Rheticis duobus tantum locis 1364. b. 27, 1419. a. 10 \*\*\*), in Ethicis utrum rarissime an omnino non inveniatur, dubito, cum fortasse loci me fugerint. Apud Theophrastum quoque ἡτοι-ἢ rarissime usurpatur, cf. hist. plant. V. 2. 2.

\*Hτοι altero disjunctionis loco positum neque apud Aristotelem neque in libris subditiis neque apud Theophrastum in usum venit. Cum enim Theoph. hist. pl. IX. 18. 3 legeretur: τὸν δὲ κανλὸν ὁμοιότατον ἀπίστη απύρῳ ἡτοι ἀκάνθῃ

\*) Hartung l. l. II. 357.

\*\*) pag. 65. vidimus etiam post εἰπεὶ γέ cum apud Atticos saepe inveniatur ab Aristotele omnino non adhiberi.

\*\*\*) Id eo magis offendit, quod in Rheticis saepius quam in ullo alio Aristotelis scripto particulae disjunctivae ἢ-ἢ inveniuntur.

Wimmerus ex UU\* (cf. de codicibus Theophrasteis Wimmeri praefat.) rectissime ἵνα την receperit. De loco Eth. Eudem. 1225. b. 4: ἔνιοτε γὰρ οἴδε μὲν ὅτι πατήρ, ἀλλ' οὐχ ἵνα ἀποκτείνῃ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ, ὥσπερ αἱ Πελιάδες ἤτοι ὡς ὅτι μὲν πόμα ἀλλ' ὡς φίλτρον καὶ οἶνον homines docti dissentunt. Cum enim Bonitzius, cf. observationes criticae in Ethic. Eud. et Magn. Mor. pag. 24, dixisset: „Residet quidem etiam sic [correxit] corruptela in verbis ἤτοι ὡς ὅτι μὲν, sed eam qua probabili ratione tollam non video“, Fritschius, cf. epistola critica de locis quibusdam Ethicorum Eudemeorum. 1849. pag. 12, omnes difficultates hac conjectura sustulisse sibi videbatur: ἔνιοτε γὰρ οἴδε μὲν ὅτι πατήρ, ἀλλ' οὐχ ἵνα ἀποκτείνῃ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ, ὥσπερ αἱ Πελιάδες ἤτοι ὡς τοῦτο μὲν πόμα, ἀλλ' ὡς φίλτρον καὶ οἶνον, atque ita in editione scripsit. Neque tamen videtur Spengelio satisfecisse, qui, cf. Aristotel. Studien, II. 16, dicit: „ἤτοι ὡς vix sanum“. Mihi quidem ut Bonitzio et Spengelio potius quam Fritschio assentendum esse censem haec causa sufficit, quod particulae ἤτοι usus qualis hoc loco est neque apud Aristotelem ipsum, neque in libros pseudoaristoteleis praeterea invenitur.

De particula *τοῖ* cum *μέν* et *καὶ* composita, *μέντοι* et *καίτοι*, supra vidimus, cf. pag. 35—36; etiam de *τοίνεν*, cf. pag. 51. *τοιγάρ* neque apud ceteros prosarios neque apud Aristotelem invenitur, neque *τοιγάρτοι*, quo scriptores Attici (quamquam non saepe) usi sunt \*), ullo loco adhibetur. *τοιγαροῦν* usurpatur: Polit. 1270. a. 29, 1271. b. 3, Poetic. 1459. b. 2, Phys. 224. a. 8, 227. b. 8, 249. a. 6. Praeterea particulam *τοῖ* adhiberi non puto. In libris subditiciis et apud Theophrastum pauci tantum loci exstant, qui ab Aristotelis usu discrepant. Magn. Mor. 1184. b. 23: *μετὰ τοίνων τούτο ὄρθμεν ὅτι οὐδενὶ ἀλλῷ ἢ ψυχῇ ζῶμεν, ἐν ψυχῇ δέστιν ἀρετὴν τὸ αὐτὸν γέ τοι φαμεν τὴν τε ψυχὴν ποιεῖν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν.* (1191. b. 14 Scaliger conjectit: *αὐτόν γέ τοι*). Magn. Mor. 1186. a. 34 cum in codicibus insit: *τὰ δὲ πάθη ἤτοι λύπαι*

\*) Cf. Hartung. I. I. II. 354, Bäumlein. Griechische Partikeln. pag 263, Ast. Lex. Platon. III. 397.

εἰσιν ἡ ἡδοναὶ ἡ οὐκ ἀνευ λόγης ἡ ἡδονῆς, Scaliger proposuit: τὰ δὲ πολὺ λύπαι εἰσιν ἡ ἡδοναὶ ἤτοι οὐκ ἀνευ λόγης ἡ ἡδονῆς, non recte, nam si locus mutandus esset (quod minime opus est) non ἤτοι οὐκ sed ἡ οὕτω γέ scribendum esset, cf. Metaphys. 1035. a. 30. Neque quod Magn. Moral. 1203. a. 24 voluit: ἡ δῆλον ὅτι οὕτοι ferri potest, cf. pag. 69. De Xenoph. 977. b. 33, ubi Bekkerus cum codice Lipsiensi ἔτει τοι γε legit, Bergkius et Mullachius (vid. ad h. l.) ἔτει τό γε malunt. Theophr. hist. plant. I. 1. 3: ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ τὰ περὶ τὴν βλάστησιν ἔχειν. ή γάρ τοι βλάστησις γενέσεως χάριν ἔστι τῆς τελείας. III. 7. 3, ubi vulgo legitur: φέρει μὲν καὶ ἡ καρποφόρος, εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς, cum καὶ nullo modo ferri posse eluceat, Wimmerus ἀλλά τοι scripsit.

### Excursus.

#### De discrimine dicendi rationis, quod in libris Ethicis invenitur.

Ex particulis tractandis quantum ad singulorum Aristotelis scriptorum rationem melius intelligendam effici possit, ut uno exemplo illustrem, paucis de singulorum librorum Ethicorum discrepantia dicere liceat. Cum enim nennullis jam locis monuerimus, particulas quasdam non in omnibus Ethicorum libris eodem modo adhiberi, nunc contendi potest, dicendi rationem aliorum librorum ita distare ab aliis; ut Aristotalem omnes continuo scripsisse vix statui possit. Ita autem res sese habet, ut l. octavus, nonus, decimus, cum ab omnibus non tantum libris Ethicis sed omnibus Aristoteleis differant, inter se plane consentiant; inter l. Ethicos maxime l. quintus, sextus, septimus ab iis distant, ceteri quasi in medio positi sunt, ita tamen ut l. primus et secundus magis ad l. V. VI. VII., l. tertius et quartus ad libros postremos accedant. De libros postremis autem ita judico, ut si quid ex laudibus, quibus scriptores Latini

Aristotelis dicendi rationem efferebant, ad scripta nobis servata referendum est, de illis maxime valere censem. Talis in iis inest venustas, tam leniter fluit oratio, ita abstinetur ab inconcinnis et dure dictis (quamquam longae periodi non desunt); quin etiam haud raro ad poetarum sermonem dicendi ratio accedit, cf. l. IX. cp. 4 (Bekker). Itaque factum est ut in his libris non tam ratiocinationibus contortis et implicatis Aristoteles utatur, sed res quasi depingat atque oculis nostris subjiciat. Quae cum ita sint eae particulae, quae enuntiatis subjungendis servintur, raro adhibentur, saepissime eae quae leni modo alterum alteri enuntiatum annexunt. Ut exempla afferam, particula ἐπει, quae in ceteris omnibus Aristotelis libris saepissime invenitur, hic perraro in usu est. Loci enim sunt libri VIII: 1157. a. 25; l. IX: 1165. a. 16, 1166. b. 5; l. X: 1175. b. 13; contra in l. V, VI, VII ἐπει saepissime adhibetur, in l. VII: 1145. a. 27, 1146. b. 31, 36, 1147. b. 9, 23, 1148. a. 22, b. 15, 1149. b. 5, 1150. a. 16, 1151. a. 11, b. 9, 11, 23, 32, 1152. b. 26, 33, 36, 1153. a. 20, 22, 29, 35, b. 23, 29, 1154. a. 22, b. 24. In lib. V et VI quamquam ἐπει non tam multis locis usurpat, tamen cum septimo opponi possunt ceteris libris. Libri I, II, III, IV enim cum postremis magis quam cum his faciunt, sed non plane inter se consentiunt, cum in libro secundo ἐπει sex locis inveniatur, in quarto uno 1121. a. 19 (v. de h. l. M. Vermehren. Aristotelische Schriftstellen untersucht, pag. 27—30).

Etiam in particula ὥστε adhibenda libri differunt, quamquam non tam miro modo. Invenitur enim ὥστε: in libro octavo: 1159. a. 35, 1163. a. 7, b. 21, 1155. b. 20; in l. nono: 1168. a. 10, 1169. a. 11, 1170. a. 31, 1172. a. 1; in l. decimo: 1175. b. 9, 33, 1178. b. 21, 32, 1179. a. 31. Contra in libro septimo: 1145. a. 22, 1146. a. 30, 1147. a. 8, 12, 22, 35, b. 3, 1149. b. 1, 18, 1150. a. 11, 22, 27, 1151. a. 21 (22), b. 3, 16, 1152. a. 17, b. 28, 1153. a. 6, b. 12, 1154. a. 5, 25, b. 22. L. V et VI plane cum septimo faciunt, cum in illo ὥστε ter et vicies, in hoc septies decies inveniatur. Libri I et II (si minorem libri secundi ambitum respicimus) quodammodo ad l. V, VI, VII accedunt (quamquam multo rarius ὥστε adhi-

betur), cum l. tertius et quartus prorsus cum l. postremis faciant. Cum igitur ὅστε in iis libris multo rarius in usu sit, alia particula opus erat, qua alteram rem ex altera sequi indicaretur. Et quidem particula δή eum locum obtinet cum saepissime in iis libris adhibeatur, ubi ὅστε minus in usu est, raro in iis, ubi ὅστε saepe invenitur. Quin in l. VIII, IX, X δή tam saepe usurpatur, ut ea ipsa re ab omnibus libris Aristoteleis discrepent.

Ad enuntiata conjugenda in libris postremis saepissime καὶ-δέ et καὶ-δή adhibentur, in ceteris multo rarius (excepto l. quarto, ubi καὶ-δέ saepe). Id discrimen quantum sit ut perspiciatnr locos afferam, ubi καὶ-δέ et καὶ-δή (eas particulas comprehendendo, cum saepe in codicibus confundantur neque quid quoque loco scribendum sit facile sit dijudicatu) ex altera parte in l. V, VI, VII, ex altera in l. IX invenitur. Librorum, V, VI, VII loci hi sunt: καὶ-δέ: 1130. b. 20, 1145. a. 32, 1150. b. 35, 1151. a. 30, 1153. b. 25; καὶ-δή: 1152. a. 19, 1154. a. 31; libri IX: καὶ-δέ: 1165. a. 20, 24, 27, 1166. a. 17, 26, b. 32, 1168. b. 6, 34, 1169. a. 29, 1170. b. 28, 1172. a. 9; καὶ-δή: 1164. a. 2, 1165. a. 20, 30, 1166. a. 14, 1168. b. 4, 33, 1169. b. 19, 1170. b. 33, 1171. a. 12, b. 34. Particulam τέ altera particula copulativa non sequente adhibitam in libris postremis fere triginta et quinque locis, in ceteris omnibus quinque tantum inveniri pg. 14 vidimus.

Ex iis quae attuli si quid video effici potest, singulos libros inter se valde discrepare, quod si conceditur etiam alia nonnulla, quae primo obtutu videntur nullius momenti esse, vim nanciscuntur. Ut exempla afferam: τέ-τέ in libris primis et postremis invenitur (cf. pg. 16); deest in iis qui in medio positi sunt, δοῦν in postremis tantum libris in usu est, v. 1158. b. 1, 1171. a. 34, 1180. a. 14. μή cum conjunctivo elliptice usurpatum non adhibetur nisi in libris postremis, cf. pg. 56—57, quod, eum in illa locutione vividi aliquid insit, optime librorum postremorum dicendi rationi convenit. καίτοι et μέντοι inveniuntur: in l. I: καίτοι 1096. a. 9, 1097. a. 6; μέντοι 1102. b. 14; II: neutrum; III: καίτοι 1113. b. 26; μέντοι 1118. a. 5; IV: μέντοι 1152. a. 7; V: καίτοι 1132. b. 25, 1134. b. 28, 34;

$\muέντος$  1181. a. 26, 1134. b. 28, 1135. b. 23; VI:  $\kappaαίτος$  1142. a. 9, 1144. a. 16;  $\muέντος$  1141. b. 24, 1142. b. 25; VII:  $\kappaαίτος$  1151. b. 19, 1152. b. 19, 1153. a. 26;  $\muέντος$  1147. a. 2, 1153. b. 30; VIII et IX: neutrum; X:  $\kappaαίτος$  1181. a. 4, 1181. b. 3. Usurpantur autem particulae  $\kappaαίτος$  et  $\muέντος$  apud Aristotelem maxime in iis libris quarum dicendi ratio ut ita dicam durior est. Itaque elucet, cur in libris postremis fere non adhibeantur. In particula  $\muέντη$  usurpanda libri ita distant, ut  $\alphaλλά$   $\muέντη$  in libris V, VI, VII multo saepius inveniatur quam in ceteris omnibus, cum  $οὐ$   $\muέντη$  in illis semel tantum in usu sit, in ceteris (maxime in tertio, quarto, decimo) saepius quam in ullo alio Aristotelis libro.

Praeterea haud pauca affiri possunt, quibus libri discrepent, sed iis quae dixi videtur satis demonstrari, libros postremos, inter se dicendi ratione arte conjunctos, valde differre a ceteris libris, maxime a. I. V, VI, VII, cum primi non plane inter se consentiant. Quamquam autem libri postremi etiam a ceteris Aristotelis scriptis valde differunt, tamen quidquam in iis inveniri quod ab usu philosophi alienum sit nego, cum hac re discriben effici censeam, quod particulae et locutiones alias saepissime adhibitae hic fere desint, aliae praeterea raro usurpatae in his libris persaepe inveniantur.

Cum libri ita inter se discrepent, hoc videtur elucere, non omnes eodem tempore ab Aristotele scriptos, sed postea demum alios cum aliis conjunctos esse. Quod si statuimus quam facile fieri potuerit, ut libri V, VI, VII et Ethicis Nicomacheis et Eudemis insererentur\*) appareat, utri autem scripto magis apti sint (de qua re homines docti valde dissentient) ex dicendi ratione vix dijudicari potest, quia Ethicorum Eudemeorum sermo fere non distare videtur ab Aristotelis ipsius scriptis. Ab Aristotele vero cur libros illos adjudicemus nobis nulla causa est, cum censeamus Ethica Nicomachea non eo

---

\*) De Ethicis Nicomacheis et Eudemis cf. Spengel. Abhandlungen der Bayr. Akademie der Wissenschaft. Philos.-Philol. Classe III. 489—517; Barthelemy St. Hilaire edit. Ethicor. I. dissertation préliminaire. pg. CCLV—CCCXXXIII; Spengel. Aristotelische Studien I. 7—34.

ordinè ab eo profecta esse quo nobis tradita sunt. Utique de tota illa quaestione aliter atque vulgo fit existimandum esse elucet.

Etiam in Metaphysicis et Physicis singuli libri alii ab aliis distant, neque tamen discrimen tantum est quantum in Ethicis esse vidimus, quam ab rem nunc de illis non dicam.

---

Quantum igitur particulis tractandis ad Aristotelis scripta melius intelligenda et dijudicanda profici possit, apparere puto \*). Sed ea quae ipse attuli admodum exigua esse concedo, cum in cetera quoque scripta Aristotelea et pseudoaristotelea inquirendum et de multis aliis quae ad dicendi rationem pertinent\*\*) disputandum sit. Quod quominus facerem temporis angustiis impeditum me esse quanto magis doleo, tanto magis ut ad eam rem aliquantulum conferam posthac otium mihi futurum esse spero et desidero.

---

\*) Ut unum afferam, libros vere Aristoteeos a subditiciis tam multis rebus distare vidimus; ut ex dicendi ratione effici possit, num qui liber ab Aristotele scriptus sit neene.

\*\*) Maxime de praepositionibus dicendum est, cum iis libri germani a subditiciis valde distent.

---

Annotatio ad pg. 35.

**De dicendi ratione quae in Rhetoriciis invenitur.**

Rhetorica prae ceteris scriptis Aristoteleis non tantum iis excellunt, quae Brandisius, cf. Philol. IV., pg. 1, affert \*), sed etiam dicendi ratione. Ea enim multo purior et candidior est, atque longae periodi quamquam nonnullis locis adhibentur rarissime tamen invenias constructiones duras et inconcinnas. Etiam hoc invenitur discrimen, quod Aristoteles cum in ceteris scriptis notionibus rerum accuratissime definiendis maxime studeat, in his libris definitiones magis adumbrat quam exponit, contra exemplis permultis afferendis res illustrat. Talem rationem minus accuratam esse negari nequit, sed multo facilius intelligi elucet. Cf., ut exemplum afferam, inde a pg. 1360. b. 14 quae de „εὐδαιμονίᾳ“ dicit. Tales autem particulae quae videntur sermoni magis diffici, ut ita dicam, et implicatae melius convenire, velut  $\mu\nu\nu$  cf. pg. 10.  $\muέρτοι$  et  $καίτοι$  cf. pg. 35,  $\alpha\rho\alpha$  cf. pg. 50,  $\tauοίνων$  cf. pg. 51, in Rhetoricis rarissime inveniuntur. Cum accedat quod eaedem saepe locutiones et formulae repetantur, velut illud  $\delta\eta$  cum imperativo, de quo pg. 42 vidimus, Aristoteles in Rhetoricis scribendis multo magis quam in ceteris scriptis videtur hoc spectasse, ut etiam ab iis intelligeretur, qui ipsi neque philosophi neque doctrina instructi essent. Sed hoc tenendum est Rhetorica quamvis dicendi rationis puritate excellant valde tamen a venustate distare, quae in postremis Ethicorum libris cernitur.

---

\*) Dicit enim: „Unter allen uns auf behaltenen Schriften des Aristoteles ist keine vollständiger, ebenmässiger und folgerechter durchgeführt als die Rhetorik, keine in welcher Gedanke und Ausdruck einander mehr entsprächen, sie ist ein Werk aus einem Guss.“


Annot. ad pg. 66.


**De Politicorum textu emendando.**

Quamvis Göttingius (v. praef. ad edit, *Politic.* pg. V, VI), Stahrius (*Aristotelia* II. 114) V. Rosius (l. l. pg. 125) *Politica* bene nobis tradita esse contendant, tamen magis magisque homines docti videntur in eam sententiam inclinare, ut ipsum contrarium statuendum esse censeant. Cum igitur de remedii cogitandum sit, quibus textus corruptissimus emendari possit, singulis vel nonnullis verbis inserendis permultum effici posse puto atque cum haud raro enuntiatorum ratio ea sit, ut quid fere exciderit cum probabilitate, quadam concludi possit, Rassowium bene meruisse censeo, quod ea potissimum medela ad locos corruptos sanandos usus sit; cf. *Jahresbericht über das Weimar. Gymnas.* 1864. pg. 12, 14, 15, 16, 17. Ut nonnullos locos afferam, quos cum ipse invenerim plerosque jam ab aliis emendatos neque vero ab editoribus plurimis recte scriptos esse video, cf. 1274. b. 24: ἐγένετο δὲ καὶ Ἀνδροδάμας Πηγῆνος νομοθέτης Χαλκιδεῖν τοῖς ἐπὶ Θράκης, οὐ περὶ τε τὰ φυνικὰ καὶ τὰς ἐπικλήρους ἔστιν, legendum est: οὐ τὰ περὶ τε τὰ φυνικά. Articulus autem in *Politicis* saepissime excidit, sic 1260. a. 4 eo a Schuetzio et Rassowio, cf. *Weimar. Jahresbericht.* 1861. pg. 8, restituto nunc demum locus intelligi potest: καὶ τοῦτο εἰδὺς ὑφῆγηται τὰ περὶ τὴν ψυχὴν. 1338. b. 25: ἦτι δ' αὐτοὺς τὸνς Λάκωνας ἴσμεν, ἐώς μὲν αὐτοὶ προσήδρευον ταῖς φιλοπονίαις, ὑπερέχοντας τῶν ἀλλων, νῦν δὲ καὶ τοῖς γενινασίοις καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι λειπομένους ἐτέρων· οὐ γάρ τῷ τὸνς νέοντος γυμνάζειν τὸν τρόπον τοὗτον διέφερον, ἀλλὰ τῷ μόνον μὴ πρὸς ἀσκοῦντας ἀσκεῖν post ἐώς μὲν αὐτοὶ inser. μόνοι. 1309. b. 1: οἷον εἰ στρατηγικὸς μέν τις εἴη, πορηρὸς δὲ καὶ μὴ τῇ πολιτείᾳ φίλος, οὐ δὲ δίκαιος καὶ φίλος, πῶς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν post φίλος inser. μὴ στρατηγικὸς δέ. Itaque cum haud paucis locis sententia ipsa, ut ita dicam, ut verba inserantur, postuletur, etiam iis locis ubi non tam propter sententiam quam propter dicendi rationem aliquid desideramus, verba inserere minus dubitabimus.

Aliud remedium, quo in Politicis permultum effici potest, est transpositio verborum. Cf. 1309. b. 9: ἀπορήσει δ' ἄν τις κανὸν δύναμις ὑπάρχῃ τῆς πολιτείας καὶ φιλία, τι δεῖ τῆς αρετῆς, λέγε: ἀπορήσει δ' ἄν τις κανὸν δύναμις ὑπάρχῃ καὶ φιλία τῆς πολιτείας. 1317. b. 29: τὸ τὴν ἐκκλησιαν κυρίαν εἶναι πάντων, ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηθενὸς οὐδὲ σληγίστων οὐδὲ τῶν μεγίστων κυρίαν verba ita transponenda sunt: τὸ τὴν ἐκκλησιαν κυρίαν εἶναι πάντων οὐ τῶν μεγίστων, ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηθενὸς οὐδὲ σληγίστων κυρίαν. Similis ratio etiam nonnullis aliis locis adhibenda est, sed de ea re monuisse satis erit. Utique contendi nequit, scriptum, in quo talia inveniuntur, codicibus bene traditum esse.

---





8-10

3 2044 019 834 209

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

DUE JAN 1 1915

SEP -6 0

OCT 28 '57 H

NOV 11

16 '34

FEB 19 '58 H

DUE NOV 16 '34

Columbia  
1/9/43

JUL 24 '62 H

WIDENER

SEP 10 1909

JUL 21 1908

BOOK DUE

JUL 11 '57 CANCELLED

